

vobis domne archiepiscopo et successoribus vestris et
canonicis imperpetuum. ob remedium anime mee et parentum
meorum et de consilio procerum curie mee pro bono servicio
quod vos domne archiepiscope mihi laudabiliter exhibuistis,
insuper pro C^m La marchis quas mihi datis in carte vestre
roboracione et confirmatione.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud
factum meum spontaneum infringere presumserit, iram Dei
omnipotentis ac regiam indignacionem incurrat et cum Iuda
Domini predictore, Datan et Abiron, quos vivos terra
absorbuit, et Gehennam paciatur eternam, et quantum
invaserit vobis et sancte Compostellane ecclesie in
quadruplum reddat et regie parti C^m millia aureorum in pena
componat maledictus. Et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta karta apud Sanctum Iacobum, era Ma CC^a XX^a.
Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis,
Extremadura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege
Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore
confirmo.

(Sobre la rueda.) Ego Petrus, sancte Compostellane
ecclesie archiepiscopus, cf.- Ego Fernandus Roderici
Castellanus, cf.-

(1^a col.) Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Rodericus.
Lucensis episcopus, cf.- Rabinaldus, Minduniensis episcopus.
cf.- Wilemus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis,
Salamantinus episcopus, cf.- Manrricus, Legionensis

episcopus, cf.- Fernandus. Astoricensis episcopus, cf.-
Adefonsus. Auriensis episcopus, cf.- Bertrandus. Tudensis
episcopus, cf.- Petrus. Civitatensis episcopus, cf.-
Arnaldus. Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado).²

(2a col.) Ego comes Urgellensium, regis maiordomus, cf.-
comes Gomez. dominans in Trastamero et Toronio, cf.- Comes
Fernandus in Limiam, cf.- Comes Adefonsus in Bercido, cf.-
Guterius Roderici in Lemos, cf.

Ego Bernardus, domini regis Fernandi notarius, mandato
suo, et per manum domini Compostellanni archiepiscopi. regis
chancellarii, scribere mandavi et cf.

NOTAS

¹Original en SANTIAGO, A.C., carp. 3, leg. 7, doc. 2. Otra
copia en Tumbo A, fol 57 v.

²Signum Fernandi regis Hispaniarum.

Tratado de paz de Fresno-Lavandera entre Fernando II y Alfonso VIII.

Fols. 208 v.-210 r.'

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, ap. LVIII.- GONZALEZ:
Fernando II, nº 46 (citado en notas GONZALEZ 1).- ID.:
Alfonso VIII, II, nº 407 (citado en notas GONZALAZ 2).

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 489.- GARCIA LARRAGUETA:
La orden, nº 27.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 340-341.- GONZALEZ:
Fernando II, págs. 140, 142 y 144.- ID.. Alfonso VIII I,
págs. - MANSILLA: Iglesia, págs. 13 y 14.- ID.: Inocencio III, pág. 13.

In nomine Domini. Notum sit omnibus quod, post
turbacionem pacis que firmata fuerat in Castro Nuni^z per
cartam communem et per castella posita in fidelitate apud
Petrum Fernandi, magistrum Mililicie (sic)^z Sancti Iacobi,
et Petrum de Areis, priorem Hospitalis, nos ambo reges,
scilicet, rex dominus^z Fernandus et rex Castelle dominus
Alffonssus^z, et archiepiscopi^z Petrus Compostellanus et
Gundisalvus Tolletanus et episcopi Petrus Civitatensis et
Didacus Abulensis et predicti magister et prior providimus
qualiter pax regnum nostrorum et refformari^z posset et

conservari. Et prius fecimus inter vos archiepiscopos et episcopos predictos et magistrum et priorem haberi colloquium apud Paradinas, aditis^m ex una parte Fernando Roderici Castellano et Pelagio Tabladelo, et ex altera Ruderico Goterri et Tello Petri, militibus. Et ibi de beneplacito et mandato nostro firmastis inter vos per communem consensum et deliberationem et per comunem scripturam modum reformati pacis et conservandi, concedentibus nobis et apponentibus ad scripturam sigilla nostra. Deinde fecistis nos convenire ut alter nostrum esset apud Fraxinum et alter apud Lavandeyram^m inter Sallamancam^m et Medinam. Et ibi, per potestatem quam vobis in nos concesseramus prius et vos invicem vobis in vos, et in^m nos ac regna nostra fecistis, reformastis pacem et, que opus fuit ad confirmandam magis addere, addidistis et tam nomina^m nostro quam vestro singula in scripturam redigistis ita quod in presenti pagina contineatur tam prior obligatio que precesserat in Paradinis quam posterior modus pacis quem fecistis concedentibus nobis cum fuimus apud Fraxinum et Lavandeyram^m. Nos igitur archiepiscopi et episcopi predicti et magister et prior Hospitalis, convenientes prius apud Paradinas, promissimus invicem nobis coram Deo quod uno animo et uno proposito, bona fide et absque omni dolo seu duplicitate intendemus ad pacem regum reformatam et conservandam omni postposito amore vel timore seu personarum acceptione. Et concessimus invicem, in ea veritate que^m Deus est, quod, si ex parte regis domini^m Fernandi pax

turbata comparuerit, ad petitionem domini Tolletani¹¹ et
domini Abullensis, nos Compostellanus et Civitatensis, nisi
correxerit comonitus¹², ponemus in regno nostro quantum de
eo in nostra fuit¹³ potestate interdictum, et nunquam illud
solvemus nisi per eorum concessionem; et, si nos forte illud
ponere non vellemus, concedimus eis potestatem et
auctoritatem ponendi illud et quod nos¹⁴ non solvamus absque
eorum licencia. Similiter, si ex parte regis domini
Alffonsi¹⁵ pax turbata comparaverit¹⁶, ad petiti¹⁷ onem domini
Compostellani vel domini Civitatensis, nos Tolletanus et
Abulensis nisi correxerit comonitus¹⁸, ponemus in regno
nostro quantum de eo in nostra fuerit potestate interditum¹⁹
et nunquam illud solvemus nisi per eorum concessionem; et si
nos forte illud ponere non vellemus concedimus eis
potestatem et auctoritatem ponendi illud et quod nos²⁰ non
solvamus illud absque eorum licencia.

Si autem aliquid in dubitatione venerit super
turbationem pacis, promissimus invicem quod, alterutra
parte vocante alteram, ad locum et diem ab ea asignatum²¹
conveniamus. Et promiserunt²² similiter magister et prior
quod conveniant ad vocationem alterutrius patris (sic)²³
nostrum et nos similiter ad suam. Et si tunc non
convenerimus inter nos, quis regum contra alterum est in
culpa iudicio magistri et prioris adquiescemos²⁴. Et super
eum qui iudicatus fuerit esse in culpa predicto modo fiat
interdictum vel excommunicatio, vel utrumque donec eam
emendet. Similiter autem magister et prior promiserunt

ibidem nobis bona fide et sine malo ingenio, magister quod nullo modo dimittat castra fidelitatis data pro pace servanda et semper de eis faciat sicut promisit et sicut in carta pacis regum facte in Casto Nuni continetur; et prior quod non dimitat ea^{et} sed totum compleat, quod similiter promisit et in ipsa certa continetur. nisi forte per priorem Iherosolimitanum prohiberetur, ita tamen quod ipse non querat nec per se nec per alium quomodo prohibeatur, nec in hoc aliquem dolum habeat. et si forte fuerit prohibitus non det castra regibus sed magistro prenominato qui teneat ea in fidelitate, donec vel ipse prior vel aliis compellatur ea recipere secundum quod continetur in carta pacis. Et placuit tam magistro quam priori quod, si placuerit domino pape, uterque archiepiscoporum habeat potestatem super personas eorum ferendi sentenciam excommunicationis vel suspensionis^{et} in hoc solo casu si non fecerint pro conservatione pacis quod in carta pacis continetur et quod facere promiserunt. Et interum (sic)^{et} placet eis. Et nos ita facere promissimus quod^{et} negligentes iumenti fuerint aut fidelitatem castrorum dimiserint nos eos per ecclesiarum suarum interdictum coherceamus. Et, si magister aut prior deceserit superstes ex eis teneatur ad omnia et habeat potestatem pro altero donec alius sustituatur^{et} et ad omnia supradicta cbligetur. Similiter et regem qui eos secundum quod in carta pacis regum continetur non punierit^{et} si fidelis atem dimiserint aut si noviter institutus noluerit eam recipere nos per excommunicationem aut regni interdictum vel per

utrumque punire promissimus donec illud compleat. Eisdem autem magistro et priori promissimus quod si querelam nobis fecerint de rege qui pacem turbabit vel turbaberit ad requisicionem eorum conveniamus et feremus sentenciam in eum vel^{et} terram eius eis facientibus de castellis secundum penam in carta regum scriptam. Et qui ad hoc vocatus fuerit non habeat excusacionem pro absentia aliorum veniendi aut faciendi quod debet. Et qui convenerint pro absencia aliorum non desistant quin faciant quod faceremus omnes. Et si aliquis regum alicui eorum pro iusticia pacis servata in aliquo nocere voluerit aut^{et} aliquod castrum fidelitatis seu tenenciam eius vi aufferre aut aliquo dolo nos eos pro posse nostro per sentenciam excommunicationis vel interdicti vel utriusque deffendemus^{et}. Nos etiam invicem tam inter nos quam cum^{et} eis pro nobis invicem et pro eis promisimus quod si dampnum aut^{et} aliquod pro pace ista conservanda incurrerimus invicem nobis subveniamus et in necessariis nos sustentemus. et rege pro quo dampnum incurrerimus ad idem inducamus et quod pacem non faciat et sine pace eius qui pro pace fuerit Iesus. Quod si non compleverit in eum et terram suam sentenciam feremus. Tenentur autem regis ex mandato nostro pro maiori pacis confirmatione omnes episcopos de utroque regno inducere ut eisdem convenientiis nobiscum astringantur ita quod singulis annis uno certo loco et die pro conservacione pacis huius conveniamus. Hec fuit conveniencia apud Paradinas, mense februario presentis anno statuta.

Addidimus autem apud Fraxinum quod etsi reges de communi
consensu sua forte animositate vel quovis modo voluerint
absovere magistrum et priorem ut dimittant castra
fidelitatis nunquam illis liceat sine nostro consensu et
communi deliberacione. Et ut non posset aliqua cavilacione
quisqua^m nostrum effugere ab eorum observacione que
promisimus fecimus invicem nobis obedienciam manualiter
sicut aliquis subditus prelato suo quod in omnibus his pro
pace servanda latis sententiis teneamur nobis invicem
obedire. Et promiserunt^m reges sub ea qua se^m nobis
obligaverunt distincione^m quod omnes episcopos de utroque
regno ad eandem obedienciam inducant et quod impetrant apud
Ecclesiam Romanam quod auctoritate eius confirmetur^m
huiusmodi obedientia. Et si aliquis episcopus commonitus a
magistro vel priore non ficerit iusticiam ecclesiaticam pro
malefactis archiepiscopus de ipso regno faciat super
episcopatum eius iusticiam et si eam episcopus servare
contempserit cogatur per regem emendare totum dampnum^m. Et
ipsi reges sacramento se nobis obligaverunt ut quecumque
inter se vel constituta sunt pro pace servanda vel
constituerint decetero vel nos eis mandavimus^m per
predictas distinciones teneantur observare. Et insuper qui
mandatum nostrum pro pace et pacem contra alterum
infregerit^m sicut proditor infamis habeatur si commonitus a
nobis non se correxerit. Per hanc distencionem^m nos ambos
reges et inducti fuimus^m ad refformandam pacem et
astricti^m ad conservandam.

Modus autem pacis talis est. Oriebatur siquidem inter nos
contentio de terminis utriusque regni. Et placuit nobis
invicem et vos archiepiscopi et episcopi et magister et
prior per predictam distincionem^{et} et consensum nostrum
nobis mandastis quod a Dorio usque Ceiam et Ceion usque ad
decem annos servemus hanc compositionem. Quia ego rex
Fernandus de interiacentibus villis teneam villam
Alvarvam^{et}, Gregos, Almaraz, villam Sancti Petri de Taraza,
in qua tamen si restituta fuerit religio Sancti Cipriani de
Mozouci^{et} habeat ius suum sicut alie religiones unius regni
habent in altero et teneant villam Velidi^{et}, Carvaliosam,
villam Armenter. terminum ville Fructuosse^{et} integrum.
villam Linnosum, Bufonios^{et}, villam Motel, Paleares,
Cefinos, Gordaligan, veigam de Fernando Vermuiz, Sancti
Gervasii, Galeuelos: ultra Ceiam Manfides, Tallaveyra,
Berçianos, et de Oronia per villam Garciam et per Moralens^{et}
et per villam Linosum^{et} usque ad Castrum Maior, villas que
omnique^{et} iacent versus regnum meum debeo ego tenere usque
ad decm annos sine aliqua querela.

Et^{et} ego rex Adefonsus similiter debeo tenere usque ad
eundem terminum Ziralias, villam Novam, Villar, terminum
Oronie integrum preter Sancti Petri de Turaza, terminum
ville Garcie integrum, Morales, Castro Maior, villam Beran,
villam Tissu, Materian, Palaciolum de Vidilia, villam Sper.
Nechas, Ceresinos, Galleguelos, citra Ceiam et ultra villam
Revel, villam Egas, villa^{et} Mudarra, villam Mizar et penna
Meleira^{et}, et ab Oronia per villam Garciam et Morales^{et} et

per villam Linnosum usque ad Castrum Maior, villas que sunt
versus regnum meum debeo ego tenere usque ad eosdem decem
annos sine aliqua querella^{et} preter villam Linosum. Et hec
supradicta ita debemus ambo tenere quod nullum in eis fiat
castellum aut municio^{rum} usque ad decem annos preter Oroniam
villam Garciam, villam Fructuossam et Penam Meleyram. Et
quod salvum sit ius hereditatum nobilium et ecclesiarum et
religiosorum de uno regno in altero tam in eis que modo
nominavimus quam in aliis partibus utriusque regnorum preter
incartaciones quas alteruter nostrum fecit que sunt in
nostra potestate dum vixerimus et per omnes alias partes
regnorum nostrorum debet uterque nostrum in pace tenere
quinq^{ue} ic^e modo tenet usque ad decem annos sine aliqua
inquietacione nec istam convenientiam suscipimus inter nos
pro divisione regnorum set pro temporali compositione usque
ad tempus ita tamen quod pax et amicitia imperpetuum^{et}
servetur et finito decimo anno sub eadem pace ad quam modo
tenemur astricti^{rum} permaneamus nisi quod omnia de quibus
inter nos conquerebamus reddeant ad eundem statum in quo
erant ante hanc compositionem salvo utriusque nostrum eodem
iure et eadem voce quam ante compositionem habebat in
omnibus de quibus erat contencio et tunc per eandem
distinctionem^{rum} per quam tenemur ad servandam pacem
compellamur ad regnum divisionem, si alter nostrum
voluerit sin autem maneamus deinceps in prenominate
compositione. Et hoc totum tenemur observare per
distinctionem castellarum fidelitatis et per sentenciam

excommunicacionis et interdicti sicut iam scriptum est.

Et ego rex Fernandus separe me statim a pactione sarracencrum. Et promitimus ambo invicem quod de cetero nunquam alteruter nostrum habeat pacem vel treugas^{**} cum sarracenis. Et hec conveniencia de sarracenis sit secreta usque ad Natale Domini presentis anni et ex tunc faciamus eis guerram bona fide et sine malo ingenio. Et qui ex nobis ex tunc cum eis treugas vel pacem habuerit et eis guerram non fecerit, perdat castella fidelitatis et ipse excomunicetur et terra eius interdicto subiciatur.

Et si alter nostrum de altero querelam habuerit quod non recte faciat secundum promissionem istam cum sarracenis debet hoc emendari per archiepiscopos et episcopos predictos et magistrum et priorem sicut ipsi iudicaverint; et si omnes non interfuerint sufficiat pars maior. Et si archiepiscopi et episcopo discordaverint inter se stetur iudicio magistri et prioris vel successorum eorum vel unius eorum si alter superstes non fuerit. Et hoc ita servetur in aliis articulis pacis sicut in isto de sarracenis.

Et quecumque sunt statuta^{**} inter nos et archiepiscopos et episcopos et magistrum et priorem pro pace servanda omnia serventur pro hac coveniencia de sarracenis firmiter tenenda et insuper proditor habeatur res qui contra hec fuerit. Et totum hoc intelligatur et observetur bona fide et sine malo ingenio.

Et si qui aliquis eorum quibus data est potestas cogendi nos ad pacem decesserit^{**} loco archiepiscopi, successor eius

ad eandem^{**} potestatem succedat, et loco episcopi alias a rege de cuius regno fuerit in eandem potestatem substituatur ita quod nos ad hoc observandum per predictam districtionem teneamur.

Hec omnia que supradicta sunt in hac carta concessa sunt a regibus et iuramento eorum firmata et in presencia archiepiscoporum et episcoporum predictorum et magistri predicti qui interfuit pro se et pro priore. Interfuerunt etiam episcopi Burgensis, Segobiensis, Oxomensis, Lucensis et Albarazinensis^{**} et multi de utroque regno principes et nobiles et alii plurimi inter Lavandeyram^{**} et Fraxi. am kalendis iunii, era Ma CC XXIa.

NOTAS

*Otras copias en MADRID. A.H.N., Clero, Pergaminos, Avila, Catedral, 18/4, BURGOS, A.C., vol. 71, nº 135.

^{**}GONZALEZ 1: Castro Nunni.

^{**}LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: Militie.

^{**}GONZALEZ 2: dominus.

^{**}ID.: dominus Alffonsus.

^{**}LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: archiepi.

^{**}LOPEZ FERREIRO, GONZALEZ 1 y 2: reformari.

^{**}ID., ID., ID.: additis.

^{**}GONZALEZ 2: Lavanderam.

- ¹⁰ LOPEZ FERREIRO, GONZALEZ 1 y 2: Salamatnam.
- ¹¹ GONZALEZ 1 y 2: et nos.
- ¹² ID., ID.: nomine.
- ¹³ ID., ID.: Lavanderem.
- ¹⁴ LOPEZ FERREIRO, GONZALEZ 1 y 2: quod.
- ¹⁵ GONZALEZ 1 y 2: domini regis.
- ¹⁶ ID., ID.: Toletani.
- ¹⁷ ID., ID.: commonitus.
- ¹⁸ ID., ID.: fuerit nostra.
- ¹⁹ ID., ID.: vos.
- ²⁰ ID., ID.: domini regis Alfonsi.
- ²¹ GONZALEZ 1: comparuerit.
- ²² ID. y 2: commonitus.
- ²³ ID., ID.: interdictum.
- ²⁴ ID., ID.: vos.
- ²⁵ GONZALEZ 2: turbationem.
- ²⁶ GONZALEZ 1 y 2: assignatum.
- ²⁷ GONZALEZ 2: promisserunt.
- ²⁸ LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ 1: partis.
- ²⁹ GONZALEZ 1 y 2: acquiescemus.
- ³⁰ ID., ID.: dimittat sed.
- ³¹ ID., ID.: suspensionis vel excommunicationis.
- ³² ID., ID.: promisserunt et iterum.
- ³³ ID., ID.: si.
- ³⁴ ID., ID.: substituatur.
- ³⁵ ID., ID.: punierint.
- ³⁶ ID., ID. 2: conveniemus.

- *²Borrado por expuntuación 11.
- ³GONZALEZ 1 y 2: voluerit aliquod.
- ³ID., ID.: defendemus.
- ⁴GONZALEZ 1: quam eis.
- ⁴ID. y 2: dampnum aliquod.
- ⁴ID., ID.: cavillationes quiesquam.
- ⁴ID., ID.: promisserunt.
- ⁴ID., ID.: qua nobis.
- ⁴ID., ID.: distinctione.
- ⁴GONZALEZ 2: confirmantur.
- ⁴GONZALEZ 1: damnum.
- ⁴ID. y 2: manadaverimus.
- ⁴GONZALEZ 1: infingerit.
- ⁵ID y 2: distinctionem.
- ⁵ID., ID.: sumus.
- ⁵ID., ID.: reformandam pacem et abstracti.
- ⁵ID., ID.: distinctionem.
- ⁵GONZALEZ 1: Alvarva.
- ⁵ID. y 2: Monzouti.
- ⁵ID., ID.: Veillidi.
- ⁵ID., ID.: Fructuose.
- ⁵GONZALEZ 1: Bufanios.
- ⁵ID. y 2: Morales.
- ⁶ID., ID.: Limnosum.
- ⁶ID., ID.: cumque
- ⁶ID., ID.: querela ego.
- ⁶GONZALEZ 2: viliam.

64 GONZALEZ 1 y 2: Pennam Meleiram.

65 Borrado por expuntuación al en Materiales.

66 GONZALEZ 1 y 2: querela.

67 ID., ID.: aut fiat.

68 ID., ID.: quicquid.

69 ID., ID.: in perpetuum.

70 ID., ID.: adstricti.

71 ID., ID.: distinctionem.

72 GONZALEZ 2: treguas.

73 GONZALEZ 1 y 2: statuta sunt.

74 ID., ID.: decesserit.

75 GONZALEZ 1: eadem.

76 ID. y 2: Albarrazinensis.

77 GONZALEZ 2: Lavaderam.

60

[1183], julio, 13. Benavente.

Fernando II exime del portazgo y peaje a los
hombres que tiene el obispado de Santiago en el de
Zamora.

Fol. 96 r.-v.

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 490¹.

(Christus.) In Dei nomine. Ego rex dominus Fernandus, una
cum filio meo rege domno Adefonso, universis de regno meo
notum fieri facio quod, amore Dei et apostoli Sancti Iacobi
et pro servicio quod mihi dilectus meus venerabilis
archiepiscopus multociens presentavit, libero et quieto
homines suos de Palaciis de omni portatico et pedagio per
Zamoram et per totum episcopatum suum quod ab hac die securi
vadant et redeant cum omnibus suis rebus et mercaturis
quacumque secum portaverit et cauto eos et omnem ipsorum
posterioritatem imperpetuum quod ad hac die nullus homo eis per
locum nominatum transiuntibus pro suprascripto debito
inpedimentus eudeat facere vel de eis que habuerint
ullatenus invadere. Adicimus etiam quod si forte aliquis
contra me in vobis ventre presumpserit potentiiori illius
loci ubi centigerit per hoc scriptum quitationis libertatem
tribuimus et potestatem quod penam inferius nominatam
patiatur, si quere am audiens et vindictam non acceperit de
eo qui cartam violaverit. Et hanc quitationem facio
hominibus de Palaciis et eorum successioni imperpetuum
valitaram, ob remedium anime mee et parentum meorum et
amore Dei deductus a patrone meo apostolo Sancto Iacobo et
pro quod mihi dominus Compostellanus archiepiscopus
liberaliter presentavi cuius dominio et ecclesie prefati
hominis de Palaciis omni tempore tenentur per omnia
satisfacere.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud

factum meum spontaneum infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis ac regiam indignationem incurrat et cum Iuda Domini traditore in inferno pereat et etiam, pro ausu suo temerario, quantum invaserit in quadruplum reddat ac regie parti mille morabetinos in pena componat. Et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta Benaventi illo idus iulii, era Ma CC^a XVI^a.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domino Adefonso, hoc scriptum quod fieri iusi proprio robore confirmo.

(Sobre la rueda.) Petrus, sancte Compostellane ecclesie archiepiscopo, domini regis cancellarius.

(1^a col.) Manricus, Legionensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Willemus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis, Salmantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.- Rodericus, Lucensis episcopus, cf.- Rabinaldus, Miduniensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Bertradus, Tudensis episcopus, cf.

(Signo rodado.)²

(2^a col.) Comes Urgellensis, domini regis maiordomus.- Fernandus Roderici Castellanus, dominans in Asturiis.- Comes Gumi in Toronio, Transtamara et Monte[roso].- Comes Fernandus Ponci in Limia.- Comes Adefonsus Ramiri in Berzido.- Gutierrez Rodrici in Lemos.- Froila Ramiri, regis signifer.- Fernandus Roderici de Benevento.- Pelagius

Tabladellus.- Michelis Sesmiri.- Iohannes Gailaeetus.- Nuno
Pelaez.³

Ego Bernardus, domini regis notarius, per manum magistri
Berengarii. loco archiepiscopi cancellarii, scripsi et
presens confirmo.

NOTAS

¹Ciertamente corrige la fecha, al poner el documento XVI por
XXI, pero luego dice tiene que ser de 1181 y que no aparece
el obispo de Lugo Rodrigo.

²Signum Fernandi regis Hyspaniarum.

³Falta cf. en toda la columna.

61

1183, julio, 18. León.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago y a su
obispo la iglesia de Requejo, en Sanabria, y la
acota.

Fols. 37 v.-38 r.⁴

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 490.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 325.- GONZALEZ: Fernando II, pág. 145.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Oblivionis incomoda multociens sentimus cum ea que facimus scripte memoria non comendamus. Idcirco ego domnus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, per scriptum liberacionis et incautacionis perpetuo valitum cauto ecclesiam Sancti Iacobi de Requeixo que est in Senabria, cum omnibus terminis, pertinenciis et directuris quascumque in eo loco ecclesia Compostellana umquam habuisse dignoscitur, videlicet per Portilinam quomodo dividit per Petram Albam, per vereiam quomodo dividit inter Sanctum Martinum et Sanctum Iacobum et per ceteros ingressus et regressus quos defensor vocis ecclesie Compostellane discernere poterit et ex aliqua parte invenire. Libero similiter et quieto hanc predictam ecclesiam et quantum ad eam pertinet de omni potestate regis, de rauso et homicidio, de pecto, petito, fossato et fossataria, de omni debito, servicio et regis facienda quod ab hac pro aliquo voce aut calumpnia nemini liceat vel dominanti huic terre vel maiorino regis, sagioni aut alii de parte regia vel extranea in ipsam seu eius terminus intrare aut inde quicquem pre vel alienare. Hanc autem incautacionem et quietacionem de ecclesia Sancti Iacobi de

Requiro que est in Senabria, cum omnibus directuris et pertinenciis suis facio Deo et ecclesie Compostellane imperpetuum, ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono servicio quod dilectus meus dominus Petrus, ipsius ecclesie venerabilis archiepiscopus, bona voluntate et integro animo michi multociens presentavit.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis ac regiam indignacionem incurrat et cum Iuda Domini proditore, Datan et Abiron, quos terras vivos absorbuit, Gehennam paciatur eternam et pro ausu suo temerario quantum invaserit in quadruplum reddat et regie parti mille aureos in penam persolvat. Et ut hoc stabile sit semper et inconcussum presens scriptum facio et nobilium meorum subscriptionibus communio.

Facta carta Legionem XV kalendas augusti, era Ma CCa XXI^a. Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis, Extrematura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(Sobre la rueda) Ego Petrus, Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus, domini regis cancellarius, cf.

(1^a col.) Manricus., Legionensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Rodericus, Lucensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus cf.- Wilielmus, Zemorensis

episcopus, cf.- Vitalis, Sallamantinus episcopus, cf.

(Siglo rodado).¹

(2a col.) Ego comes Urgellensis, regis maiordomus, cf.- Fernandus Roderici Castellanus, iominans in Asturiis, cf.- Comes Gomez in Tratamaro, cf.- Comes Fernandus in Limia, cf.- Comes Adefonsus in Bercido, cf.- Guterrius Roderici in Lenos, cf.- Froili Ramiriz, regis signifer, cf.

Ego Bernardus, domini regis notarius, per manum magistri Berengarii, locc archiepiscopi cancellarii, scripsi iussi et confirmo.

NOTAS

¹Otra copia en Tumbo A fol. 56 r.-v.

²Signum Fernandi regis Hispaniarum.

1183, agosto, 16. Astorga.

Fernando II confirma la donación hecha por el conde don Pedro Fernandez de Traba en favor de la iglesia compostelana de la tierra de Sobrado, añadiendo lo que el fisco regio tenía en aquella

region y el monasterio de Mezonzo.

Fols. 35 v.-36 r.¹

REG.: CONZALEZ: Fernando II., pág. 492.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs. 335-336.- GONZALEZ:

Fernando II., pág. 145.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amem. Catholicoru, regum est sancta loca et personas religiosas diligere ac venerari et pro earum meritis amplius dictare muneribus et largis ampliare beneficiis, ut dantes temporalia eterne retribucionis premia consequatur. Ideo ego dominus rex Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, confirmo ecclesie Compostellane et vobis domne Petre, eiusdem ecclesie archiepiscopo, et omnibus successoribus vestris et concedo terram de Suprado quam eidem ecclesie donavit comes Fernandus et vos ex testamento eius adquisistis et insuper concedo et dono vobis quicquid in tota terra de Superado pertinet ad ius regale tam in eclesiis quam in monasteriis, tam in caractare regio quam in hominibus. Interque concedo et dono vobis monasterium de Mosonsio integrum cum tuto cauto suo et pertinenciis suis. Ut amodo possideatis et habeatis vos et omnes successores vestriet ecclesia Compostellana iure hereditario imperpetuum totam terram de

Superado per omnes terminos suos sicut dividit cum Parrega et cum circumiacentibus terris, ut nullus ibi habeat commendam vel donacionem aliquam deinceps sine **vestra** voluntate in hiis in quibus ad nos pertinebat, sed de omnibus faciatis vos et ecclesia vestra pro **vestro** arbitrio sicut ecclesie vestre utilitatibus expedire videritis. Hoc totum facio ego pro devocione quam habeo erga gloriosum Dei apostolum, cuius preciosissimum corpus in predicta ecclesia requiescit, et pro remedio anime mee et parentum meorum et pro bono servicio quod michi continue et fideliter exhibitis.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis ac regiam indignacionem incurrat et pro ausu suo temerario quantum invaserit in quadruplum vobis reddat, et cum Iuda Domini proditore, Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, Gehenna paciatur eternam et regie parti^{is} parti X milia aureorum in penam persolvat. Et ut hoc stabile sit semper et inconcussum presens scriptum facio quod regio meo robore et nobilium meorum subscriptionibus communio.

Facta carta apud Astoricam, XVII^o kalendas sebtembris, era M^a CC^a XXI^a. Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis, Extrematura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(Sobre la rueda.) Ego Petrus, Sancte Compostellane

ecclesie archiepiscopus, domini regis cancellarius, cf.

(1a col.) Manricus, Legionensis episcopus, cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Rodericus, Lucensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Rabinaldus, Minduniensis episcopus, cf.- Bertrandus, Tudensis episcopus, cf.- Wilelmus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado.)⁴

(2a col.) Ego ccomes Urgelensis, regis maiordomus, cf.- Fernandus Roderici Castellanus, dominans in Asturiis, cf.- Comes Gumez in Trastamero et Toronio, cf.- Comes Fernandus in Limia, cf.- Comes Adefonsus in Berzido, cf.- Froyla Ramiriz, regis signifer, cf.- Gutierrez Roderici in Lemos, cf.- Fernandus Roderici in Benevento, cf.- Pelagius Tabladeillus, cf.- Pelagius Sumbredena, Petrus Captivus, confirmant.

Ego magister Bernardus, domini regis notarius, per manum magistri Berengarii, loco archiepiscopi cancellarii, scripsi iussi et presens confirmo.

NOTAS

⁴Otra copia en Tumbo A, fol. 55 v.

²Sine vestra, repetido y borrado por expuncuación.

³Fa a abreviar parti emplea el signo de per.

⁴Signum Fernandi regis Hispanorum.

63

1184, junio, 8. Ciudad Rodrigo.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago el
castillo dde Darbo.

Fols. 197 r.-198 r.¹

REG.: GONZALEZ: fernando II, pág. 496.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pág. 336.- GONZALEZ: Fernando
II, pág. 147.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Catholicorum regum est sancta loca et religiosas personas diligere et venerari, pro quarum meritis ipsas debemus largis beneficiis ampliare et amplis dictare muneribus. Eapropter ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonsso, per scriptum donacionis semper valitum, do et concedo Deo et ecclesie beati Iacobi et vobis domne Petre, archiepiscope, vestrisque successoribus

castellum vocatum Daravium, quod situm est Morracio, cum omnibus terminis et pertinenciis suis, cum hereditatibus, hominibus et tota terra sua et cum omni iure quod habuit ad mortem imperatoris et cum cautis et i[n]cartacionibus que postea facte sunt do illud ecclesie vestre imperpetuum hereditario iure habendum ab omni voce et potestate regia liberam vestris et successorum vestrorum consilium profuturum. Liberum igitur sit vobis de predicto castro secundum vestre ecclesie utilitatem quicquid volueritis facere sicut et de aliis hereditatibus vestris quas ab antiquo liberas possidetis. Hanc autem donacionem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono servicio quod vos domine Petere, Compostellane archiepiscope, michi semper fideliter et devote exhibuisti et precipue in vestra expedicione contra sarracenos in qua pro obsequio meo vos et ecclesiam vestram sumptibus et debitibus supra iure vestras honerastis.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infringere temptaverit, iram dei omnipotentis et regiam indignacionem incurrat, cum Iuda Domini proditore, datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, Gehenna perpetuam paciatur, et pro ausu temerario quantum invaserit ecclesie reddat in quadruplum et regie parti C^m libras auri in penam persolvat. Et ut hoc stabile sit semper et inconcussum presens scriptum facio quod tam regio robore quam nobilium meorum subscripcionibus communio.

Facta carta Civitate Roderici, VI idus iunii, sub era Ma

CC^a XXII^a. Regnante rege domno Fernando Legione, Galecia, Asturiis et Extremadura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno Adefonso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

Petrus, sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus, ts., cf.

(1^a col.) Manricus, Legionensis episcopus. cf.- Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Rabinatus, Minduniensis episcopus, cf.- Bertrandus, Tudensis episcopus, cf.- Petrus Vele, domini regis cancellarius, cf.- Alfonssus, Auriensis episcopus, cf.- Rodericus, Lucensis episcopus, cf.- Wilielmus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado)²¹.

(2^a col.) Fernandus Roderici, dominans in Asturiis, cf.- Gumez, comes in Trastamar, cf.- Alfonssus, comes in Berriso, cf.- Petrus Roderici, regis maiordomus, cf.- Guterrius Roderici, dominans in Lemos, cf.- Rodericus Fernandi, regis signifer, ts., cf.- Rodericus Lupiz, ts., cf.- Pelagius Tabladelus, ts., cf.

Ego Bernardus Petri, domini regis Fernandi notarius, per manum Petrus Velle, regis cancellarii scribi iussi et ts., cf.

NOTAS

¹Otras copias en Tumbo A, fol 56 v. y en SANTIAGO, A.H.D.,
Privilegios Reales.

²Signum Fernandi regis Hispaniarum.

64

[1184], junio, 9. Ciudad Rodrigo¹.

Fernando II da a la Iglesia de Santiago Castro Espiño, en el que el obispo había comprado algunas casas, como compensación por los gastos realizados en la expedición contra los moros.

Fols. 190 v.-191 v.²

REG.: GONZALEZ: Fernando II, pág. 146.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, pag. 336.- GONZALEZ: Fernando II, págs. 146 y 147.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.
Catholicorum regum est sancta loca ac personas religiosas

diligere et venerari, pro quarum meritis eas in omni iure suo confovendo debemus amplis dictare muneribus et largis ampliare beneficiis ut dantes temporalia eterne retribucionis premia consequamur. Eapropter ego rex donus Fernandus, una cum filio meo rege domino Adeffonso, per scriptum donacionis semper valitum, do et concedo Deo et ecclesie beati Iacobi et vobis domine Petre, archiepiscopo, vestrisque successoribus, castrum quod vocatur Spin, in quo vos pro maiori parte domos et hereditates comparastis. Et ego do vobis in universo castro et omnibus terminis eius omne ius quod ad me pertinet ut habeatis potestestatem (sic) edificandi castra et habeatis dominacionem super omnes que ibi habitaverint et in omnibus suis terminis ut semper serviant vobis et ecclesie et successoribus vestris nec pro aliqua voce alicui alii respondeant sicut alii homines vestri de Palaciis faciunt. Et insuper vobis confirmo quicquid ibi comparastis. Do et confirmo hoc totum ecclesie vestre imperpetuum hereditario iure habendum ab omni voce et potestate regia liberum vestris et successorum vestrorum usibus profuturum. Liberum igitur sit vobis de predicto castro secundum vestre ecclesie utilitatem quicquid volueritis facere sicut et de aliis hereditatibus vestris quas ab antiquo liberius possidetis. Hanc autem donacionem facio ob remedium anime mee et parentum meorum et pro bono servicie quod vos domine Petre, Compostellane archiepiscopo, michi semper fideliter et devote exhibuistis et precipue in expedicione contra sarracenos in qua pro obsequio meo vos et

ecclesiam vestram sumptibus et debitis supra vires vestras
onerastis.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud
factum meum spontaneum infringere temptaverit, iram Dei
omnipotentis et regiam indignacionem incurrat et cum Iuda
Domini proditore, Datan et Abiron, quos terra vivos
absorbuit, Gehenna perpetuam paciatur, et pro ausu temerario
quantum invaserit ecclesie reddat in quadruplum et regie
parti C^m libras auri in pena persolvat. Et ut hoc stabile
sit semper et inconcussum presens scriptum facio quod tam
regio robore quam nobilium meorum subscriptionibus communio.

Facta carta apud Civitate Roderici, V^o idus iunii, sub
era Ma CC XXIII. Regnante rege domno Fernando Legione,
Gallecia, Asturiis et Extremadura.

Ego rex dominus Fernandus, una cum filio meo rege domno
Adefonsso, hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore
confirmo.

(Sobre la rueda.) Petrus, sancte Compostellane ecclesie
archiepiscopus. ts., cf.

(1^a col.) Manricus. Legionensis episcopus. cf.-
Rodericus. Ovetensis episcopus. cf.- Fernandus. Astoricensis
episcopus. cf.- Alffonsus. Auriensis episcopus. cf.-
Rabinatus. Minduniensis episcopus. cf.- Bertrandus. Tudensis
episcopus. cf.- Rodericus. Lucensis episcopus. cf.-
Willemus. Cemorensis episcopus. cf.- Vitalis. salamantinus
episcopus. cf.- Petrus. Civitatensis episcopus. ts., cf.-
Arnaldus. Cauriensis episcopus. cf.

(Signo rodado.)^a

(2a col.) Fernandus Roderici, dominans in Asturiis. cf.-
Gomez, comes in Trastamar, cf.- Alfonsus, comes in Beriz,
cf.- Petrus Roderici, regis maiordomus, cf.- Guterrius
Roderici, cf.- Rodericus Fernandi, regis signifer, ts., cf.-
Rodericus Luppiz, ts., cf.- Pelagius Tabledelus, ts., cf.-
Petrus Fernandi, Milicie Sancti Iacobi magister, ts., cf.-
Petrus Velle, domini regis cancellarius, ts., cf.

Ego Bernardus Petri, domini regis notarius, per manum
Petri Velle, regis cancellarii, scribi iussi et ts., cf.

NOTAS

^aTiene que ser de 1184 y no 1185, como pone la copia por ser
el signifer Rodrigo Fernández.

^bOtras copias en Tumbo A, fol. 57 r.-v; Tumbo C, fol. 265 v.
y SANTIAGO, A.H.D., Privilegios Reales.

^cSignum Fernandi regis Hispanorum.

Iglesia de Santiago la villa de "Vesogio", sin reservarse más que lo que al cabildo pluguiese darle en préstamo o en tenencia, como a otro cualquier canónigo.

Fol. 139 r.-v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., IV, págs 341-342.

[V]enerabili patri domino Petro, Dei gratia Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopo, omnique canonicorum eiusdem ecclesie conventui, Gemicius Gundisalvi, comes, salutem et cum debita reverentia devotum obsequium. Placuit michi, prompto animo et libera voluntate, facere vobis et successoribus vestris et omni voci ecclesie Compostellane scripturam donationis sicut et facio in perpetuum valitoram de quadam villa mea vocitata Vesogio, que iacet in terminos de Luvre, cum omnibus directuris suis, que ad me pertinent ex paterna successione vel ex propria adquisitione, tam in terris quam in hominibus quam in aliis pertinenciis suis et directuris et generaliter de omnibus que habeo vel habere debeo in terra de Luvre et de Cervalos. Hec siquidem omnia dono vobis et ecclesie Compostellane amore omnipotentis Dei et sa[c]tissime apostoli Iacobi patroni mei et ob remedium animee et parentum meorum, videlicet quicquid in predicta villa vel in locis illis habeo vel habere debeo

in hereditate, in hominibus, in familia civi creatione et omnino in omni iure quod in his locis ad me pertinent vel pertinere debent totum vobis dono, et per corporalem investituram statim trado et de meo iure in dominium vestrum et possessionem transire facio ut ego de cetero nichil ibi habeam neque post mea nisi forte vos mini tamquam alicui canonico vestro de libera vestra voluntate aliquid in prestimonium dederitis.

Hanc itaque mee proprie donationis paginam, si ego vel aliquis tam propinquus quam extraneus de cetero infringere temptavero seu contra eam per calumpniam seu quolibet alio modo venire presumpsero, iram omnipotentis cum plena indignatione sanctissimi apostoli incurrat et vobis et voci vestre pro temerario ausu mille morabitinos persolvat, et quod in calumniam miserit in duplo componat. Et hec mea donatio perpetuo robore fulciatur.

Facta donatione sive testamenti scriptura sub era Id CC
XXIIII^a, anno ab Incarnatione Domini MC^c LXXXVI, die II
nonas marcii.

Ego comes Gomicius in hac donationis scriptura manus meas
(Signum).

182. mayo. 4. Zamora.

Alfonso IX confirma a la Iglesia de Santiago todos sus privilegios y exenciones.

Fol. 1 r.-2 r.¹

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V., ap. I, según Tumbo A.-
GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 5.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 16 y 18.- GONZALEZ :
Alfonso IX, I, págs. 46 y 51.- PORTELA PAZOS: Decanologio,
pág. 83.- ID.: Anotaciones, pag. 62.- RODRIGUEZ FIGUEROZO:
Alfonso IX, págs. 220 y 243.

(Christus.)² In nomine Domini nostri Ihesu Christi.
amen³. Inter cetera quibus regis impletur officium seu que
regia exornat dignitate⁴ primum et precipuum est quod et
regnare vere est Deo servire et sacra et loca venerari et
augere beneficiis, retribuere etiam benemerentibus et ad
promerendum alios invitare. Ad hec igitur observanda divina
miseracione inspiratus intellexi⁵ ego Adefonsus, rex
Legionensis, quod ea ratione inducti antecessores nostri
invictissimus, videlicet pater noster, et victoriosissimus⁶
dominus rex Fernandus et avi ac proavi nostri a tempore quo

preciosissimum beati apostoli^m Iacobi corpus, dignatione divina, in régno nostro revelatus estⁿ in partibus Gallicie, in finibus Amaee, loco certo qui dicitur Compostella, quasi certatim studuerunt^o eius ecclesias et ampliare honoribus et exornare muneribus; inter quos ipse progenitor noster, in necessitatibus suis e^t triumphis, expertus sepius eiusdem apostoli presidia miraculosa, et eius^r ecclesie plurimum adiutus, obsequiis liberalitate regia larguis eam ditavit et extulit oblationibus, et ad ultimum in eodem loco corpori suo eligens sepulturam ei comendavit^s animam in eterna retribucione Domino presentandem que^t dum vixerat sibi et regno patronum eligerat^u. Quidam tamen presumpcione temeraria magis quam ratione inducti per violenciam corpus eius rapientes alibi c^considerant, set^v nos attentes quod nec ultima ejusque que^w tam racionabilis fuerat voluntas muttanada esset, nec orationum sibi tollenda beneficia que celebriora apud predicti apostoli ecclesiam cotidie exhibentur, obtatam^x sibi restitui fecimus sepulturam et impetravimus, auxiliante Domino et gloriosissimo eius apostolo, quod in eius ecclesia quasi ipsius apostoli tumbam sub honore regio et debita reverentia sepeliretur, exobstantes^y super omnia promereri, ut id ipsum vobis, divina clemencia, dignetur concedere, quod ad extremi iudicii diem de loco illo cum apostolico corpore in ultima resurreccione^z sub eiusdem apostoli presentemur intercessione. Agnoscentes igitur quanta sit eidem loco^{aa} propter apostoli prerogativam exhibenda devocio, quem orbis

fere universus tam celebriter veneratur, et qua magna quamque utilia patri nostro ac regno stiterint eius ecclesie obsequia, debitores nos per omnia recognoscimus et constituimus ipsi sacratissimo loco ac vobis, domine Petre, eiusdem loci archiepiscopi, per cuius ministerium hec pro magna parte provenerunt²¹, ut venerari semper diligere atque augere honores eius et emunitates²² teneamur ubi patrocinii nobis et intercessionis apud Deum tam in presenti quam in futuro spem omnem constituimus. Fuerat autem ipsius patris nostri tam superabundans liberalitas et tam immensa benignitas quod potuerint²³ familiares eius dum viveret, eius abuti benivolencia²⁴ et tot eum sub nomine largitionis induxerit²⁵ de regno, quod stare regni dignitas et gloria vix posset, nisi hec inmoderacio revocaretur. Apud ecclesias²⁶ vero apostoli, cui nos ipsos et regnum debemus, nichil²⁷ esse minum²⁸ credimus ei retribuere a quo totum recepimus. Ideoque insignum initiate iam devacionis, tum pro ipsius sacratissime ecclesie reverencia, tum pro anima patris eiusdem²⁹ nostri, cuius ibi corpus debita quiescit veneratione, pro nostra etiam salute, omnes eiusdem ecclesie donaciones seu incautaciones³⁰ factas, cum omnibus que vel³¹ ab antecessoribus nostris vel ab aliis collate sunt, confirmamus et perpetuo robore decernimus in sempiternum valituras. Ex quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, Decia, Salnes, Citofactam, burgum quod dicitur de Ponte Veteri, cum ecclesia et terra que dicitur de valle Moracium³², terra que dicitur Montes, in qua est castellum

Cutubadi. et medietatem de aliis Montibus quos tenuit
Suerius Froylaz^{**}, nam alteram medietatem iam dudum habebat
ecclesia vestra. terras de Superaddo. cum monasterio
Mosoncio^{**}, monetam integrā civitatis Compostelle, in burgo
de Faro quicquid ad vocem regiam pertinebat in omnibus his
terrīs castella que ibi facta sunt vel adhuc fient et omnia
que ad vocem regiam debent pertinere tam in temporalibus
quam in ecclesiasticis. Et extra terram beate Iacobi, in
Castella, medietatem de Sauto et iuxta burgum de Ripa Avie,
medietatem de Revordanos et Amaranti; in Bergido villam
Sancti Martini de Carvalial^{**} et in Valle Carceris Paratam
cum Sauto. Preter hec que a patre nostro donata
dignoscuntur, si qua^{**} alia eum donasse eidem ecclesie
comparuerit^{**} et quecumque antecessores nostri contulerunt
in perpetuum ut diximus confirmus; et per omnes honores
beati Iacobi ubicumque sint quicquid vel antequam fuerint
beati Iacobi vel postea tempore patris nostri vel nomine
eius vel quoilibet alio modo est alienatum post mortem avi
nostri gloriosissimi imperatoris Alfonsi. totum revocamus et
omnem hanc alienacionem irritam esse decernimus. Et omnia ad
iūs et potestatem ecclesie Compostellane ac vestram et
successorum^{**} vestrorum reducimus certissimam per omnia spem
nobis facientes apud Deum quod quanto hec maiora et in
maiori devocione fecerimus ecclesie vestre. tanto nobis
amplius /et/ in regno propiciabitur Dominus. et post regnum
certior apud Deum preparabitur salus.

Si quis igitur hanc concessionis sive confirmationis ac

donacionis mee kartam presumpserit infringere vel in aliquo violare aut aaliquid quod in carta ista contineatur revocare. Dei omnipotentis iram habeat et regiam indignacionem incurrat et quod invaserit in duplum restituat. et pro ausu temerario regie parti et Compostellane ecclesie et archiepiscopo tria milia morabetinos in pena persolvere compellatur. et tandem cum Iuda Domini traditore et Datian et Abiron, quos pro infestacione presumptuosa qua infestabant sanctuarium Dei, terra vivos absorbuit, penas in inferno luat eternas^{**}.

Facta karta^{**} apud Cemoram, IIII^{**} nonas maii, era Ma CC XXVI. Regnante rege domno^{**} Alfonso, filio regis domni Fernandi. Legione, Gallecia^{**}, Asturiis et Extremadura.

Ego rex Alfonsus, una cum matre mea regina domna^{**} Urraca, hanc cartam quam fieri iussi proprio robore signo et sigillo roboro et confirmo.

(1^a col.) Rodericus, Ovetensis episcopus, cf.- Manricus, Legionensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Wilelmus^{**}, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.- Rabinaldus, Mindonensis^{**} episcopus, cf.- Alfonsus, Auriensis episcopus, cf.- Petrus, Tudensis electus, cf.- Petrus Velle, regis chancellarius^{**}, cf.

(2^a col.) Comes Gumiz, tenens terras Tamarem^{**}, Montem Rosum, Limiam et Lemos, cf.- Comes Fernandus, tenens Beneventum, Cemoram et Extrematuram^{**}, cf.- Froila Ramiriz,

tenenes Astoricam, Sarriam et Montem Nigrum, cf.- Velascus Fernandiz, tenens Salamancam et Beriz, cf.- Pe[n]cius Vele, tenens Asturias de Tineu cum utraque Vaavia, cf.- Munio Fernandiz, regis maiordomus, cf.- Guterius Fernandiz cum Roderico Aprilis, tenens Ma[n]sellam, cf.- Rodericus Petriz, tenens Vilarpandum cum medietate Tauri, cf.- Alvarus Didaz, tenens Sicerum et Casuair¹², cf.- Goterrus Sebastiani, tenens Cabraleis¹³, cf.- Fernandus Arie, tenens Castrellum de Veiga, cf.- Pelagius Tabladellus et Petrus Captivus, iudices regis, cf.

Gundisalvus, regis notarius, scribi fecit et cf.¹⁴.- Martinus Martini¹⁵ scripsit¹⁶ et cf.¹⁷.

NOTAS

¹Otras copias en Tumbo A, fol. 58 r.-v., MADRID, A.H.N., Consejos, leg. 4179.

²LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: falta el crismón.

³LOPEZ FERREIRO: Ihu. xpisti. amen.

⁴ID. y GONZALEZ: regiam exornant dignitatem.

⁵GONZALEZ: sancta eius.

⁶ID.: intlexi.

⁷ID.: vitoriosissimus.

⁸LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: beati Iacobi.

⁹ID., ID.: revelatum.

¹⁰ID., ID.: studuerint.

- ¹¹ID., ID.: et ecclesie.
- ¹²GONZALEZ: commendavit.
- ¹³ID. y LOPEZ FERREIRO: quem.
- ¹⁴ID., ID.: elegerat.
- ¹⁵ID., ID.: sed.
- ¹⁶ID., ID.: eiusque tam.
- ¹⁷ID., ID.: quotidie exhibentur optatam.
- ¹⁸ID., ID.: exoptantes.
- ¹⁹GONZALEZ: resurrectione.
- ²⁰ID. y LOPEZ FERREIRO: eidem propter.
- ²¹ID., ID.: venerunt.
- ²²ID., ID.: immunitates.
- ²³ID., ID.: potuerunt.
- ²⁴ID., ID.: benevolentia.
- ²⁵ID., ID.: induxerut.
- ²⁶ID., ID.: ecclesiam.
- ²⁷:GONZALEZ: nihil.
- ²⁸ID.: nimium; LOPEZ FERREIRO: minium.
- ²⁹ID., ID.: anima patris.
- ³⁰GONZALEZ: incartationes.
- ³¹LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: que ab.
- ³²ID., ID.: Suerius Freilaz.
- ³³ID., ID.: Monsentio.
- ³⁴ID., ID.: Carbaliali.
- ³⁵ID., ID.: que.
- ³⁶ID., ID.: comparaverint.
- ³⁷ID., ID.: subcessorum.

³⁹ LOPEZ FERREIRO: falta desde igitur hasta eternas.

⁴⁰ ID. y GONZALEZ: carta.

⁴¹ LOPEZ FERREIRO: Camoram IV.

⁴² ID. y GONZALEZ: domino.

⁴³ LOPEZ FERREIRO: Galetia.

⁴⁴ ID. y GONZALEZ: domina.

⁴⁵ ID., ID.: Vilielmus.

⁴⁶ ID., ID.: Rabinadus Mindoniensis.

⁴⁷ ID., ID.: Velle cancellarius.

⁴⁸ ID., ID.: Gumez tenens Transtamaram.

⁴⁹ ID., ID.: Extremaduram.

⁵⁰ ID., ID.: Sierium et Cassum.

⁵¹ GONZALEZ : Cabrales.

⁵² ID. y LOPEZ FERREIRO: falta Gundisalvus... cf.

⁵³ LOPEZ FERREIRO: Martnus.

⁵⁴ GONZALEZ scripsi.

⁵⁵ ID.: añade Froila, regis notarius, scripsit et cf.

1188, julio, 16. Astorga.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la villa
Melgar y confirma las de Yecla de Yeltes y Atalaya de
Pelayo Velidiz, además de los votos.

Fols. 64 r.-65 r. y 195 v.-196 r.¹

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. II, segun Tumbo A. -
GONZALEZ : Alfonso IX, II, nº 14.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., II, pág. 98 y V, pág. 18.-
MILLARES: Cancilleria, pág. 26,- GONZALEZ: Alfonso IX, I,
págs. 46, 265 y 268.- RODRIGUEZ FIGUEIREDO: Alfonso IX,
págs. 220 y 243.

(Christus)². In nomine Domini nostri³ Ihesu Christi⁴,
amen. Inter cetera que regis implet officium, primum est et
precipuum quod vere regnare est Deo servire et ei sacra⁵
loca reverenter honorari et augere beneficiis benemeritos
etiam dignis donare retributionibus et alios ad promerendum
invitare. Eapropter ego Adefonsus, rex Legionensis, divina
miseratione inspiratus et digna devocione inductus,
intellexi quanta sit reverencia colendus et quanta sit
sanctitate predictus locus ille quo preciosissimum
sanctissimi Iacobi apostoli⁶ corpus est reconditum
Compostelle, in partibus Gallicie, in finibus Amaee, qui
quanto ad universo fere orbe tam assidua concurrentium illuc
populorum celebritate quam miraculorum prerogativa apud⁷
omnes insignissimus habetur tanto est a nobis puriori
desiderio et integra conscientia per omnia venerandus, qui⁸
nos et regnum nostrum ita ipsius apostoli tutissimo
commisimus patrocinio, ut et regnum ei temporale

recognoscamus totum et eius pia intercessioni perduci speremus ad eternum. Accedit ad hec quod tam immensa nobis et regno provenisse dinoscuntur ab ipsa eius ecclesia cum tante sinceritatis fidelitate obsequia, quod ea sola inducere nos sufficerent, ut in maxima respondere deberemus retribuzione. Inter cetera igitur que maxima et plurima tam victoriosissimus pater noster quam antecessores et proavi nostri eidem ecclesie contulerunt, nos quoque licet exiguum plenum tamen magna devotione munus offerimus vobis, domine Petre, Compostellane archiepiscopi, et successoribus vestris imperpetuum, villam videlicet nostram que dicitur Melgar, in territorio de Covianca, cum omnibus terminis et pertinenciis suis, cum terris culis et inclutis, cum domibus et habitatoribus suis, cum ingressibus et egressibus, cum pratis et pascuis et cum omni iure ibi ad vocem regiam pertinente; et in causa^o eam vobis ut nullus maiorinus vel sayo^o ad eam audeat ingredi neque pro furto, neque pro rausso, neque pro homicidio, neque pro ulla calumpnia^o, neque pro fossato, neque pro aliqua petitione, set^o integre omnia que ad nos in ea pertinebant habeatis vos et successores vestri et ecclesia vestra imperpetuum, pro remedio anime mee et patris mei, qui est apud ecclesiam vestram digna veneratione sepultus, et pro multis et magnos obsequiis que vos mihi^o fidelissime exhibuistis. Confirmo preter hoc vobis donationem ab eodem patre nostro factam de villa que dicitur Ecla, inter Civitatem Roderici et Ledesmam, posita super fluvium Eltes, quia donacionem

eiis turbaverant homines de Ledesma, ego eandem donationem
in novo et concedo eam vobis integrum cum omnibus terminis
et pertinenciis suis sicut umquam vos¹⁴ melius eos habuisse
dignoscitur; et cauto eam vobis per suos terminos ut nullus
ex parte nostra pro aliqua voce vel petitione ad eos
ingrediatur sed integra sit et libera in vestra et ecclesie
vestre potestate et successorum vestrorum. Similiter etiam
confirmo vobis donationem quam idem pater meus fecit vobis
et ecclesie vestre de loco qui dicitur Atalaya¹⁵ Pelagii
Velidiz, et est¹⁶ ipse locus in episcopatu Cauriensi, inter
Granatam et Cauriam, super fluvium¹⁷ Alavon; locum ipsu[m]
confirmo vobis ut faciatis ibi villam et munitionem prout
melius videritis expedire vobis et ecclesie vestre et quia
de terminis eidem loco a patre meo asignatis¹⁸ aliqua pars
occupata est a villa quam ipse postea fecit quam et Granatam
apellavit, diffinie nunc vobis terminos, quod nullus
decetero audeat occupare set integri semper sint et ab omni
alterius potestate liberi¹⁹ in vestro et ecclesie
Compostellane dominio, ut sive ipsa sola in eis Atalaya
habitetur sive alie inter eos ville tiant omnes vestri sint
iuris et pro vestra voluntate de eis faciatis. Constituo
igitur vobis illius loci terminos versus Granatam per locum
in quo rivulus vocatus de Sancta Cruce intrat in Alavon et
inde per mensam de Xerith et inde per locum ubi fluvius
Xerith²⁰ intrat in Alavon et inde per clivum qui in pronum
descendit versus villam que dicitur Vigus, et similiter per
clivum qui similiter in pronum descendit versus villam que

dicitur Cutiola, et inde per rivum de Cutiola et inde
quomodo Ranconata solebat cum aldea que dicitur Puteolus
divide, et inde ad locum unde incepimus. Locum
prenominatum per prenominatos terminos²¹ concedo vobis et
ecclesie vestre et cauto eum ut nullus maiorinus vel sayo
noster nullus alias homo, nisi qui in vocem vestram²²,
venerit habeat ibi²³ aliquam pot statem neque homines qui
ibi habitaverint habeant alii respondere quam vobis vel
voci²⁴ vestre secundum eum modum quem diximus de villa
Melgar, ut quicquid ad ius regium²⁵ vel cuiuscumque dominii
potest pertinere totum ad vos eet successores vestros et
ecclesiam vestram²⁶ pertineat imperpetuum²⁷. Adicio etiam
/et/ confirmo vobis per universum regnum meum redditus illos
qui vota beati Iacobi dicuuntur, et si Dominus regnum
nostrum per fines maurorum nobis dilatare conceserit²⁸,
eundem censum ibi constituo vestre ecclesie²⁹ persolvendum,
quem de singulis boum paribus antecessores nostri ab antiquo
statuerunt.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc
cartam³⁰ quam fieri iussi infringere temptaverit et aliquam
istarum mearum donationum presumpserit revocare, iram Dei
omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat et
quantum invaserit in duplum restauret, et pro temerario ausu
regie voci et ecclesie beati Iacobi duo milia morabetinos
persolvat³¹.

Facta carta³² apud Astoricam, XVII kalendas augusti,
sub³³ era Ma CC^a XXVI. Regnante rege domino Adefonso, filio

domini regis Fernandi. Legione, Gallegia, Asturiis et Extrematura.

Ego rex Adefonsus hanc cartam³⁴ mec iussu factam³⁵ proprio signo et sigillo communio, roboro et confirmo.

(1^a col.) Manricus. Legionensis episcopus, cf.- Rodericus. Ovetensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Villemus, Zahmorensis episcopus, cf.³⁶- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado)³⁷.

(2^a col.) Rudericus. Lucensis episcopus, cf.- Rabinadus, Mindoniensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Petrus, Tudensis episcopus, cf.- Petrus Velle³⁸, Compostellanus archidiaconus et domini regis cancellarius³⁹, cf.

Comes Gomez, tenens Transtamarem⁴⁰ et Montem Rosum cum Lemos et Limia, cf.- Comes Fernandus, tenens Beneventum et Zamoram⁴¹ et Extrematuram et Transserratam, cf.- Petrus Garsie de Lerma, regis maiordomus et custos regis sponse, cf.- Froyla Ramirez⁴², tenens Astoricam cum Sarria et Montem Nigro, cf.- Velascus Fernandi⁴³, tenens Bergidum cum Rovreda⁴⁴ et Sancto Stephano de Ripa de Sil, cf.- Poncius Velle, tenens Vaabiam et Asturias de Tineu cum Gouzon et Cabeçon⁴⁵, cf.- Guterrus Fernandi, tenens Manselam et Castrom Terram⁴⁶, cf.- Alvarus Didaci, tenens Sierium et Casum, cf.- Guterrius Sebastiani, tenens Cabrales, cf.- Ridericus Petri, tenens Vilalpandum⁴⁷ cum medietate Tauri et

Maiorice, cf.- Fernandus Arie, tenens castellum de Veyga^{1*},
cf.- Petrus Pelagii, alferez^{2**}, tenens Tudam et Entenciam,
cf.- Iohannes Fernandi, domini regis signifer, cf.,
Froyla, regis notarius, scribi fecit et cf.- Petrus
Michaelis scripsit et cf.^{3***}

NOTAS

¹ La copia 195 v.-196 v. tiene ligeras variantes y las principales son la carencia de sanción y fecha y la reducción de los nobles confirmantes a seis así como la ausencia de linea de cancillería. Otras copias en Tumbo A, 58 v.-59 r., MADRID, A.H.N., Consejos, leg. 4179, B.N., mss. 9194, fol. 131 y LEON, A.C., Tumbo Menor, fol. 262.

² LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: falta el crismón.

³ ID., ID.: falta nostri.

⁴ LOPEZ FEKREIRO: Ihu xpisti.

⁵ ID. y GONZLEZ: preciosissimum beati lacopi corpus.

⁶ ID., ID.: aput.

⁷ ID., ID.: cui.

⁸ ID., ID.: in perpetuum.

⁹ ID., ID.: et cauto.

¹⁰ ID., ID.: saio.

¹¹ ID., ID.: callumpnia.

¹² ID., ID.: sed.

- ¹³ID., ID.: que nobis.
- ¹⁴ID., ID.: falta vos.
- ¹⁵ID., ID.: Atalaia.
- ¹⁶Repetido et ex y borrado por expuntuación.
- ¹⁷LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: flumen.
- ¹⁸ID., ID.: assignatis.
- ¹⁹ID., ID.: liberi et.
- ²⁰ID., ID.: falta Xerith.
- ²¹ID., ID.: falta terminos.
- ²²ID., ID.: voce vestra.
- ²³ID., ID.: f alta ibi.
- ²⁴ID., ID.: vobis et ecclesie vestre.
- ²⁵ID., ID.: falta regium.
- ²⁶ID., ID.: falta vestrem.
- ²⁷ID., ID.: in perpetuum.
- ²⁸ID., ID.: concesserit.
- ²⁹ID., ID.: ecclesie vestre.
- ³⁰GONZALEZ: karta.
- ³¹LOPEZ FERREIRO: falta desde tam hasta persolvat.
- ³²ID. y GONZALEZ: karta.
- ³³LOPEZ FERREIRO: falta sub.
- ³⁴ID. y GONZALEZ: kartam.
- ³⁵GONZALEZ: factam et.
- ³⁶ID. y LOPEZ FERREIRO: Vilielmus Camorensis.
- ³⁷Signum Adefonsi regis Legionis.
- ³⁸LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: Vele.
- ³⁹ID., ID.: cancellarius.

⁴⁰ID., ID.: Transtamar.

⁴¹ID., ID.: Camoram.

⁴²ID., ID.: Froila Ramirez.

⁴³ID., ID.: Velascu Fernandez.

⁴⁴ID., ID.: Reureda.

⁴⁵ID., ID.: Cabezon.

⁴⁶ID., ID.: Mansellam et Castro Terra.

⁴⁷ID., ID.: Vilarpandum.

⁴⁸ID., ID.: falta castellum de Veyga.

⁴⁹GONZALEZ: falta Petrus Pelagii, alférez.

⁵⁰El notario va a continuación de la segunda columna de obispos y el escriba al fina de los nobles confirmantes.

1188, diciembre, 9. Astorga.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la mitad de
Erguijuela.

Fols. 7 v.-8r.¹

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 16.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 18.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 266 y 322.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.
Quia catholici regis est sancta loca et cathedrales sui
regni ecclesias amplius ditare muneribus et largis
possessionibus ampliare ut temporalia largiendo premia
eterna valeat promereri. Idcirco ego Adefonsus, Dei gracia
Legionis rex, per hoc scriptum semper valitulum notum facio
presentibus et futuris quod do et hereditario iure concedo
Deo et ecclesie Sancti Iacobi et vobis domine Petre, eiusdem
sedis archiepiscopi, et successoribus vestris imperpetuum
medietatem illius ville de Saltu de Francia que Ecclesiola
appellatur; et est sita inter Salamancam et Granatam, inter
montes, in ripa fluminis Alavon. Illius ergo medietatem
concedo Sancto Iacobo et vobis, cum suis pertinenciis et
directuris que ad dominium^m pertinere debent, a itera mihi
retenta medietate cum suis similiter directuris. Et quantum
eam in terminis vel in servis vel aliis ad dominium
pertinentibus augmentavero in omnibus integrum medietatum
Sancti Iacobi ecclesie et vobis et successoribus vestris
concedo. Hoc autem facio ob remedium anime mee et patris mei
et avorum et parentum meorum et quia partem habere desidero
in orationibus et obsequiis que in ecclesia Sancti Iacobi
Domino exhibentur.

Si quis igitur tam de meo genere quem de alio hanc cartam
huius donacionis mee presumpserit violare aut infringere,
viram Dei habeat et regiam indignacionem incurrat et
quiquid^a invaserit in triplum restituat, et pro temerario

ausu regie parti et Sancto Iacobo tria milia m^c abetinorum
persolvat.

Facta karta apud Astoricam. V^o idus decembris, sub era M^a
CC^a XXVI. Regnante rege domno Adefonso Legione, Gallecia,
Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus^m Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi
roboro et proprio signo et sigillo comunitam^m confirmo.

(1^a col.) Manricus, Legionensis episcopus, cf.- Menendus,
Ovetensis electus, cf.- Fernandus, Astoriensis^m episcopus,
cf.- Wilelmus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis.
Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus,
cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.

(Signo rodado)^m.

(2^a col.) Comes Gumiz, tenens Transtamar, cf.- Comes
Fernandus, tenens Extrematuram, cf.- Petrus Garsie, regis
maiordomus, cf.- Froyla Ramiriz, tenens Sarriam et Montem
Nigrum, cf.- Rudericus Petri, tenens Maioricam, cf.-
Fernandus Arie, tenens Castrellum de Veyga, cf.- Iohannes
Fernandi, regis signifer, cf.

Froila, regis notarius, scripsit et cf.

NOTAS

¹Otra copia en Tumbo A, fol. 59 r.-v.

²GONZALEZ: in perpetuum.

⁵ID.: dominum.

⁴ID.: quidquid.

⁵ID.: dompnus.

⁶ID.: communitam.

⁷ID.: Astoricensis.

⁸Signum Adefonsi regis Legionis.

69

1189, mayo, 23. Viñalpando.

Alfonso IX da a la iglesia de Santiago el castillo
de San Pelayo de Lodo.

Fols. 14 v.-15 r.¹

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 23.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 20.- GONZALEZ: Alfonso
IX. I, pág. 322.- PORTELA PAZOS: Anotaciones, págs. 62, 64,
65 y 66.- RODRIGUEZ FIGUEIREDO: págs. 222 y 243.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu
Christi. amen. Regis catholici interest sancta loca et
cathedrales sui regni ecclesias diligere et venerari et eas
largis dictare muneribus ac possessionibus ampliare, ut

temporalia largiens eterna premia valeat adipisci. Eapropter
ego Adefonsus. Dei gracia rex Legionis et Galecie, per
istum scriptum semper valitrum notum facio universis
presentibus et futuris quod do, hereditario iure concedo Deo
et ecclesie beati Iacobi et vobis domne Petre, eiusdem sedis
archiepiscopi, et toti vestro capitulo et successoribus
vestris in perpetuum castellum de Sancto Pelagio de Lodo,
cum toto suo honore et cum totis suis pertinenciis et
directuris ubicumque potuerint inveniri. Et confirmo eidem
ecclesie omnes illas possessiones quascumque ei pater meus
rex dominus Fernandus et avus meus imperator et alii avi mei
et parentes iure hereditario concesserunt. Hoc autem facio
ob remedium anime mee et patris mei et avorum et parentum
meorum et quia in beneficiis et orationibus que in ipsa
prefata ecclesia Domino exhibentur partem, eo largiente,
desidero promereri et quia etiam in roborationem huius carte
ab eadem ecclesia et a vobis domne archiepiscopo trecentas
recipio marchas, et preterea redimitis ipsum castellum de
quingentis morabitinisi.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno istam
donationem meam modo aliquo attemtaverit revocare et contra
istud spontaneum factum meum veniendo cartam istam voluerit
frangere, iram Dei omnipotentis et maledictionem cum regia
indignatione incurraut, et pro ausu emerario regie parti et
memorate ecclesie centum libras auri persolvat. Et hec carta
robur semper obtineat inconcussum.

Facta karta apud Vilarpandum, X^o Kalenda iunii, era Ma

CC XXVII, regnante rege domno Adefonso, filio illustrissimi et victoriosissimi régis domni Fernandi. Legione. Gallegia. Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc chartam quam fieri iussi proprio signo roboro et confirmo.

Petro, Compostellano archiepiscopo existente et hanc donacionem adipiscente.

(1^a col.) Manricus. Legionensis episcopus, cf.- Fernandus, Astoricensis episcopus, cf.- Wilelmus, Cemorensis episcopus, cf.- Vitalis, Salamantinus episcopus, cf.- Petrus, Civitatensis episcopus, cf.- Arnaldus, Cauriensis episcopus, cf.- Rudericus, Lucensis episcopus, cf.- Adefonsus, Auriensis episcopus, cf.- Rabinadus, Mindoniensis episcopus, cf.- Petrus, Tudensis episcopus, cf.- Menendus, Ovetensis episcopus, cf.

(Signo rodado.)⁴

(2^a col.) Comes Gumiz, tenens Trastamarem, Montem Rosum, Montem Nigrum et Sarriam, cf.- Comes Fernandus, regis maiordomus, tenens Extrematuram cum Cemora et Benavente, cf.- Froila Ramiriz, tenens Asturias et Tineu cum Vaabia et Villafranca, cf.- Velascus Fernandi, tenens Bergidum cum Rovreda, cf.- Iohannes Fernandi, regis signifer, tenens Limiam, cf.- Rodericus Petri, tenens Maioricam cum Tauro, Castronovo et Vilarpando, cf.- Alvarus Pelagii, tenens Astoricam cum Villa Fafila, cf. - Pelagius Nicholay, tenens Castrumviride, cf.- Petrus Fernandi de Vanivides, regis merinus, cf.

Rodericus Fernandi. regis cancellarius, cf.- Froyla
scripsit et cf.

NOTAS

¹Otra copia en Tumbo A, fol 60 v.

²GONZALEZ: Gallecie per istud.

³ID.: maledictionem.

⁴Signum Adefonsi regis Legionis.

⁵GONZALEZ: Froila.

70

1192, julio, 23. Salamanca.

Alfonso IX concede a la catedral de Santiago y a
su obispo el señorío de Villestro, cerca de Ledesma.

Fol. 13 v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 57.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 20.- GONZALEZ: Alfonso IX,
I, págs. 266 y 323.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.

I[n]ter cetera que ad regiam pertinent¹ maiestatem primum et
precipuum est Deo placere et Dei cultores et ecclesias
venerari et diligere ac suis eas dictare muneribus et
beneficiis ampliare, ut temporalia largiendo premia eterna
consequi mereamur. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex
Legionis et Gallecia, per hoc scriptum semper valitum,
notum facio universis presentibus et futuris quod do et
hereditario iure concedo Deo et ecclesie Sancti Iacobi et
vobis domine Petre, eiusdem sedis archiepiscopo, et vestris
successoribus imperpetuum dominium et quantum ad regiam
pertinet vocem in Bilvestre et in suis terminis et
directuris ubicumque potuerint inveniri. Hoc autem facio ob
remedium anime mee et anime patris mei illustrissimi et
victoriosissimi regis domni Fernandi, cuius corpus in eadem
ecclesia requiescit, et etiam pro amore vestro quem semper
in meis negotiis promptissimum habeo et devotum.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc
cartam meam in aliquo infringere attemptaverit vel violare,
iram Dei et maledicionem² habeat et regiam indignacionem
incurrat et, si quid invaserit, in duplum restituat et pro
ausu temerario regie parti et archiepiscopo mille
mcrabetinos persolvat.

Facta karta apud Salamanticam X^o kalendas augusti, era M^o
CC^o XXX. Regnante rege domino Adefonso Legione, Gallecia,
Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi
proprio signo roboro et confirmo.

(1^a col.) Petro tercio. Compostellano archiepiscopo
existente.- Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi
episcopo.- Vitali, Salamantino episcopo.- Vilielmo,
Cemorensi episcopo.

(Signo no rodado.)

(2^a col.) Comite Gumuz, tenente Trastamerem.- Comite
Froya, tenente Bergidum^a et Asturias.- Goterrio Roderici et
filio suo Extrematurae.- Iohannes Fernandi, regis
maiordomo.- Garsia Lupi, regis signifero.- Petro Fernandi,
regis meirino.

Froyla^b, regis notarius, scripsit. Petro Velle,
cancellario.

NOTAS

^a GONZALEZ: pertinet.

^b ID.: in perpetuum.

^c ID.: maledictione.

^d ID.: Berzidum.

^e ID.: Froila.

1192, diciembre, 27. Toro.

SA7

Alfonso IX da a la catedral de Santiago Erguijuela y Soto Serrano, con los fueros que concediere el arzobispo.

Fols. 134 v.-135 r. y en confirmación de Sancho IV de 1293, noviembre, 30 en fols. 130 v.-132 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 60.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 18-20.- GONZALEZ: Alfonso IX., I, págs 266 y 323.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Inter cetera que regiam exhortant mei estatem primum et precipuum est regi regnum placere et eius ecclesias diligendo ac venerando eas largis beneficiis et possessionibus ampliare, ut temporalia largiendo eterna premia consequi mereatur. Iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, pro devotione et reverencia beatissimi apostoli Iacobi et pro remedio anime mee et parentum meorum do et concedo vobis domno Petro, archiepiscopo Compostellano, et successoribus vestris et ecclesie vestre villam que dicitur Ecclesiola cum Saltu Serrano et cum omnibus pertinentiis suis, videlicet, cum

ecclesia et cum omni iure nostro et cum omnibus terminis suis sicut eos ipsi ville concessimus. scilicet, quomodo descendit rivus qui dicitur Francia de ipsa terra pre Batacas et inde quoque intrat in Alavon et quomodo discurrit fluvius Alavon usque quo cadit in ipsum rivus Malus, et inde per ipsum rivum usque ad sumitatem montis unde descendit, et sic usque ad locum unde inchoavimus. Totum quod est intra hos terminos, cum ipsis rivis, cum piscariis et molendinis et omni proficie eorum, cum montibus et pascuis, cum teris cultis et incultis et cum omni proventu et utilitate que inde potest evenire concedo vobis et ecclesie vestre iure hereditario in perpetuum. Et cauto vobis ipsam villam cum omnibus suis terminis ut nullus ibi habeat potestatem nisi vos et successores vestri aut cui in eam comiseritis. Et libero homines que ibi per manum vestram habitaverint ab omni voce regali et ab omni servicio ut totum vobis faciant sicut mihi vel voci mee tenentur facere. Et concedo et confirmo habitatoribus illius loci forum quod voc eis dederitis. Et hoc facio pro anima patris mei illustrissimi regis domni Fernandi, qui apud ecclesiam /vestram/ sepeliri preelegit, et pro multo bono servicio quod in mihi et in defensione illius terre et alibi sepius fecistis.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc cartam donationem meam temptaverit revocare et hanc cartam meam infringers voluerit vel modo aliquo violare, iram Dei omnipotentis et maledictionem incurrat et indignationem

regiam non evadat, et si quid invaserit duplet, et pro ausu
temerario regie voci et ecclesie Compostellane decem Ma
morabetinos persolvati, karta perpetuo in suo robore
permanente.

Facta karta apud Taurum. VI^o kalendas ianuarii. era Ma
Cc^a XXX^a.

Ego rex dominus Adefonsus hanc kartam quam fieri iussi
proprio signo roboro in perpetuum et confirmo.

(1^a col.) Manrrico, legionensi episcopo.- Lupo,
Astoricensi episcopo.- Vitale, Salamantino episcopo.-
Arnaldo, Cauriensi episcopo - Adefonso, Auriensi episcopo.-
Ruderico, Lucensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo
existente.- Vilelmo, Cemorensi.- Martino, Civitatensi.-
Bricio, Placentino.- Petro, Tudensi.- Rabinando.
Mindoniensi.

(Signo rodado.)²

(2^a col.) Comite Gomez, tenente Transmarem, Montem
Nigrum, Montem Rosum et Sarriam.- Petro Fernandi, tenente
Extrematuram.- Comite Fernando Nuni, tenente Asturias et
Toronium.- Iohanne Fernandi, regis maiordomo, tenente
Limiam.- Fernando Gotorrii, regis signifero, tenente
Beneventum.- Ruderico Petri, tenente Maioricam cum Tauro et
Villarpando.- Alvaro Pelagii, tenente Astoricam cum Vila
Fafila.- Petro Fernandi de Vanivides, regis merino.

Froyla, domini regis notarius, scripsit, domno Petro Vele
regis cancellario³ existente et Compostellano archidiacono.

NOTAS

¹GONZALEZ: milia morabetinorum.

²Signum Adefonsi regis Legionis.

³GONZALEZ: cancellario

72

[1193], marzo, 4. Letrán.

Celestino III autoriza al arzobispo de Santiago a incautarse de todo cuanto el obispo de Lugo tiene en la diócesis compostelana, mientras que no pague lo que debe del voto.

Fols. 258 v.-259 r.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. III.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 24.

Celestinus episcopus, servorum Dei. Venerabili iratri Petro, Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem³. Ut ea, que iuste petuntur a nobis, affectum debitum sortiantur, iustum est et consentaneum rationi sicut

enim his que non continent iustitiam, apostolica sedes non prestat assensum, sic ea que de iusticie fronte procedunt non debent repulsam aliquam sustinere. Proinde tuis iustis precibus annuentes, fraternitati tue auctoritate apostolica duximus indulgendum ut si Lucensis ecclesia vota, que sub nomine beati Iacobi colligit, cum cera reddere noluerit Compostellanea ecclesie ut de iure egi consuetudine antiqua tenetur vel contempserit, super hoc in presencia venerabilis fratris nostri Ovetensi episcopi, cui causam committimus, plenam exhibere iusticiam, tu auctoritate nostra suffultus, nullus contradictione vel appellatione obstante, /sub/ testimonio prudentium et religiosorum virorum ea usque ad satisfactionem pignoris causa retineas, que Lucensis ecclesia in terra Compostellane iurisdictionis dinoscitur possidere. Decernimus autem ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani IIII nonas marci, pontificatus nostri anno secundo.

NOTAS

- * LOPEZ FERREIRO : eps. . . . ven. . . . compost. . . . sal. et
apost. benedict.
- * ID.: compost.
- * ID.: Ovetensis.
- * ID.: auctoritate.
- * ID.: nulla.
- * ID.: iurisdictionis dignoscitur.
- * ID.: falta desde ut hasta incursurum.

73

1193, abril, 17. Monasterio de San Vicente del Pino.

Alfonso IX concede al hospital de Roncesvalles la
iglesia de Santa María de Salvador.

Fols. 16 v.- 17 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 66, atribuyéndole fol.
160.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX. I. págs. 323, 538, 540, 542.-
ID.: Fernando III. I, págs. 147-148.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et
Gallecie, per hoc scriptum notum facio presentibus et

futuris quod do et hereditario iure concedo Deo et hospitali
Sancte Marie Roscidavale illam ecclesiam meam de Sancta
Maria de Salvador, cum suis pertinenciis et directuris
ubicumque potuerint inveniri. Hoc autem facio ob remedium
anime mee et patris mei et parentum meorum.

Si quis igitur hanc cartam infringere attentaverit' iram
Dei habeat et regiam indignacionem incurrat, et si quid
invaserit in cuplum restituat, et pro ausu temerario regie
parti mille morabetinos in penam persolvat.

Facta karta apud Pinum², XV kalendas maii, era Ma CCa
XXXIa.

Ego rex dominus³ Adefonsus hanc cartam roboro et confirmo.

(Signo no rodado.)

Petro tercio, Compostellano archiepiscopo existente.-
Adefonso, Auriensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.-
Rabinado, Mindonensi⁴ episcopo.- Lupo, Astoricensi
episcopo.- Manrico, Legionensi episcopo.- Vilelmo,
Zemorensi⁵ episcopo.- Comite Gumiz, tenente Trastamarem⁶.-
Iohannes⁷ Fernandi, regis maiordomo, tenente Limiam et
Lemos.- Alvaro Pelaez⁸, tenente Astoricam.- Roderico Petri,
Maioricam.- Osorio Iohannis Albam de Buval.- Petro Fernandi,
meyrino⁹.- Fernando Abbade, maiordomo¹⁰.

Froyla¹¹ scripsit, domno Petro Velle cancellario¹².

NOTAS

¹GONZALEZ: attemptaverit.

²ID.: Pinnum.

³ID.: falta domnus.

⁴ID.: Minduniensi.

⁵ID.: Wilelico Cemorensi.

⁶El conde Gómez va inmediatamente despues de la roboración real.

⁷GONZALEZ: Iohannes.

⁸ID.: Pelagii.

⁹ID.: meirino.

¹⁰ID.: falta maiordomo.

¹¹ID.: Froila.

¹²ID.: cancellario.

1193, junio, 17. Salamanca.

Alfonso IX concede a la Iglesia de Santiago el derecho de acuñar moneda de oro.

Fols. 8 v.-9 r. y en confirmación de Ferrando III de 1232,
febrero, 29, en fols. 49 v.- 50 v.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. IV.- GONZALEZ: Alfonso IX,

II, nº 69.

CI.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 20.- GONZALEZ: Alfonso
IX. I, pág. 323.

(Christus)' In nomine Domini Ihesu Christi². amen. Inter cetera que regiam maiestatem exornare creduntur primum et precipuum est regi regum placere et eius ecclesias venerari ac diligere et earum prelatos honorare³ et amplis beneficiis et muneribus preditare. Eapropter ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, sicut invictissimus pater meus, rex dominus Fernandus, monetam que iam dudum fuerat Sancti Jacobi postea vobis archiepiscopoe⁴ domne Petre restituit et ecclesie vestre donavit, sic et ego quod ab eo factum est gratum habens admodum et acceptum⁵ notum facio per hoc scriptum presentibus et futuris quod, pro devocione quam eidem ecclesie habere me recognosco, addo et imperpetuum⁶ concedo ut liceat vobis et successoribus vestris in sempiternum auri monetam habere et proprie monete morabetinos facere. Hoc autem facio ob remedium anime mee et anime patris mei, cuius corpus in eadem ecclesia requiescit, et pro grato et placido obsequio quod michi et patri meo⁷ sepe fecistis et exhibuistis.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc factum meum voluerit revocare et hanc cartam in aliquo violare, iram Dei et maledictionem habeat et regiam indignacionem⁸ incurrat, et si quid invaserit duplet, et pro

temerario ausu regie parti et archiepiscopo Sancti Iacobi
mille libras auri persolvat¹⁰,

Facta carta apud Salamancam, XV kalendae iulii, era Ma
CCa XXXIa.

Ego rex dominus Afonsus hanc cartam quam fieri iussi
roboro et confirmo.¹¹

(1a col.) Manrico, Legionensi episcopo existente.-
Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo Astoricensi episcopo.-
Villelmo¹² Cemorensi episcopo.- Vitali. Salamantino
episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Alnaldo¹³,
Caurensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Ruderico,
Lucensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.- Rabinado,
Mindoniensi episcopo.

(Signo rodado)¹⁴.

(2a col.) Comite Gumiz, tenente Trastamarem.- Comite
Froyla¹⁵, tenente Bergidum et Asturias.- Iohanne Fernandi,
regis maiordomo, tenente Limiam.- Ruderico Petri, tenente
Taurum et Maioricam.- Alvaro Pellagii¹⁶, tenente Astoricam
et Ovetum.- Petro Fernandi de Banivides, regis meyrino.

Froyla scripsit, Petro Vele chancellario¹⁷ existente.

NOTAS

¹ LOPEZ FERREIRC: falta el crismón.

² ID.: nri. Ihu. Xpisti.

¹³ ID.: venerare.

¹⁴ ID.: archiepe.

¹⁵ GONZALEZ: acceptum.

¹⁶ ID y LOPEZ FERREIRO: in perpetuum.

¹⁷ LOPEZ FERREIRO: ecclesie.

¹⁸ ID.: patris sepe.

¹⁹ GONZALEZ: maledictionem incurrat.

¹¹⁰ LOPEZ FERREIRO: falta desde igitur hasta persolvat.

¹¹¹ ID. y GONZALEZ: carta.

¹¹² LOPEZ FERREIRO: falta desde Ego hasta confirmo.

¹¹³ GONZALEZ: Willelmo.

¹¹⁴ ID. y LOPEZ FERREIRO: Arnaldo.

¹¹⁵ Signum Adefonsi regis Legionis.

¹¹⁶ LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: Froila.

¹¹⁷ ID., ID.: Pelagii.

¹¹⁸ GONZALEZ: cancellario.

1194, junio, 20. Lobanza.

Alfonso IX confirma a la Iglesia de Santiago la facultad de acuñar moneda de oro y nombrar oficiales para su acuñación.

Fols. 105 r.-106 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 82.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C. V. págs. 20-22.- GONZALEZ:
Alfonso IX. I, pág. 323.

(Christus, alfa et omega.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Maiestatis regie interest principaliores sui regni ecclesias diligere ac specialius venerari et que illis sunt a suis antecessoribus preconcessa benignius confirmare et largius augmentare atque imperpetuum' perenni robore roborare. Iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, per hoc scriptum semper valitum, notum facio presentibus et futuris quod concedo et in perpetuum confirmo Deo et ecclesie Sancti Iacobi et vobis domne Petre, eiusdem sedis archiepiscopi, ac vestris successoribus in sempiternum monetam civitatis vestre et totius terre Sancti Iacobi quam, de antiqua concessione, pro avorum meorum eader ecclesia et antecessores vestre iam dudum optinuerant a glriosissimo progenitore meo, rege domno Fernando, vobis et ecclesie vestre postmodum restituta et ut illam vos et ecclesia Compostellana ac successores vestri, cum omni libertate et sine dificultate aliqua vel impedimento in perpetuum habeatis, vobis et ecclesie vestre et successoribus vestris liberam decetero per officiales vestros quos ad hoc /e/legeritis faciendi vestre monete cuneos concedo in perpetuum facultatem ut alterius non oporteat vos vel

successores vestros a me vel successoribus meis super hoc licenciam postulare. Hoc autem facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et avorum meorum et in reverentiam³ sanctissimi Iacobi apostoli patroni nostri, in cuius baselica pater meus rex dominus Fernandus preelegit intumulare, et etiam pro amore et devotione vestra quem mihi fidelem et attentum ac devotum in omnibus sum expertus.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc factum meum temptaverit irritare vel revocare et hanc cartam meam in aliquo voluerit infringere vel violare, iram Dei et maledictionem habeat et cum Iuda Domini proditore et cum Datanⁿ et Abyron, quos vivos terra absorbuit, in inferno perpetuo crucietur et antea in hoc seculo regiam incurrat indignationem. et si quid invaserit in decuplum reddat. et pro temerario ausu regie parti et ecclesie Sancti Iacobi mille aureos solvere compellatur, karta in suo robore in perpetuum permanente.

Facta karta apud Lobarzanam, XII^o kalendas iulii, era Ma CC^a XXXII^a.

Ego rex dominus Adefonsus hanc kartam quam fieri iussi roboro et confirmo.

(1a col.) Manrico, Legionensi episcopo existente.-
Iohannes, Legionense episcopo.- Vitale, Salamantini
episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi
episcop.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Martino, Civitatensi
episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi
episcopo.- Rabinado, Mindoniensi episcopo.- Petro, Tudensi

episcopo.

(Signo rodado)¹⁵

(2a col.) Comite Gumiz, tenente Transtamarem, Montem Nigrum, Montem Rosum et Sarriam.- Comite Froila Villam Francam et Bergiducm.- Comite Fernando Nuni Toronium tenente.- Iohanne Fernandi. regis maiordomo, Lemos et Limia.- Gonsalvo Iohannis. regis signifero, tenente Valenciam.- Roderico Petri, tenente Maioricam, Taurum et Ledesmam.- Gonzalvo Gomiz, Extrematuram.- Alvaro Pelaez¹⁶ Astoricam et Ovetum.

Froila, regis notarius, scripsit. Petrus Velle cancellario existente.

NOTAS

¹ GONZALEZ: in perpetuum.

² ID.: facto.

³ ID.: reusrenciam.

⁴ ID.: Datam.

⁵ Signum Adefonsi regis Legionis.

⁶ GONZALEZ: Pelagii.

1194. noviembre. 22. Santiago.

Concordia entre el arzobispo de Santiago y el obispo de Lugo sobre el cobro de las rentas de los votos.

Fols. 181 r. 182 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. págs. 24-25.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Cum controversia verteretur inter Compostellanam et Lucensem ecclesias super votis et cera que nomine beati Iacobi per episcopatum Lucensem persolvuntur. tandem de consensu et voluntate utriusque ecclesie talis inter eas intervenit transactio inter ipsas ecclesias in perpetuum conservanda, scilicet, quod ecclesia Compostellana vota et ceram de Decia integre habeat. similiter vota et ceram de Ventosa et de cauto Samonensi que hactenus sine ecclesia Lucensi habuit integre et sine ea habeat. similiter Lucensis ecclesia integre et sine Compostellana percipiat vota et ceram sui cauti continui quod modo habet in circuitu Lucensis civitatis. Cetera vota omnia et ceram tam de Lemos quam de toto episcopatu Lucensi per medium recipiant et imperpetuum per medium dividant. Ita quod utraque ecclesia auxilium suum fideliter prestet ad ipsa vota et ceram integre persolvenda nec altera sine altera de hiis que supra diximus dividenda

aliquid recipiat, quod cum altera non dividat sed fideliter per ministros utriusque ecclesie colligantur et collecta fideliter, ut dictum est, dividantur et utraque ecclesia tam prelatum suum quam per capitulum firmiter compromisit, quod transactionem istam fideliter et irrefragabiliter in perpetuum observabit.

Facta carta apud Sanctum Iacobum, X^o kalendas decembris.
era M^a CC^e XXXIIa.

Ego Petrus. Compostellanus archiepiscopus, ss.¹.-Ego Martinus, decanus, ss.-Ego Petrus Velle, archidiaconus, ss.-Ego Pelagius, cantor ss.- Ego Petrus Cantel, archidiaconus, ss.- Ego Bernardus, archidiaconus, ss.- Ego Martinus Petri, beati Iacobi canonicus, ss.- Ego Paris Iohannis, canonicus, ss.- Ego Petrus Ordonii, beati Iacobi canonicus, ss.- Ego Adefonsus Petri, canonicus, ss.- Ego Benedictus, canonicus, diaconus, ss.- Ego Iohannes Pelagii, canonicus, ss.- Ego Petrus Artarius, canonicus, ss.- Ego Didacus Fernandi, canonicus, ss.- Ego Petrus Pelagii, canonicus ss.- Ego Iohannes de Bono, canonicus, ss.- Ego Martinus Petri, canonicus, ss.- Ego Iohannes Adefonsi, canonicus, ss.- Ego Reimundus Arnaldi, canonicus, ss.- Ego Iohannes, cardinalis, ss.- Ego Goterius, kardinalis, dictus Iudex, ss.- Ego Didacus, cardinalis ss.- Ego magister Infantinus, cardinalis, ss.- Ego Pelagius Garsie, cardinalis, ss.- Ego magister Muninus, iudex, ss.- Munus Umr.- Ego Martinus Iohannis, iudex, ss.².- Ego Fernandus Vilielmi, diaconus, canonicus, ss.- Ego Arias Martini, diaconus, canonicus, ss.-

Iohannes Crescenji, diaconus, canonicus, ss.- Ego Eleazar,
canonicus, cf.- Ego Ebrardus, canonicus ss.- Ego magister
Emeneredus, diaconus, canonicus, ss.- Ego Martinus Petri
Rubeus, diaconus, canonicus, ss.- Ego Petrus Eugenii,
diaconus, canonicus, ss.- Ego Vilielmus Petri, subdiaconus,
ss.- Ego Munio Iohannis, canonicus, ss.

Ego Rudericus, lucensis episcopus, ss.- Ego Iohannes,
Lucensis decanus, ss.- Ego Lupus, lucensis cantor, ss.- Ego
Iohannes, Lucensis iudex, ss.- Ego Iohannes, Lucensis
thesaurarius, ss.- Ego Martinus Veremundi, diaconus,
canonicus, ss.- Ego Martinus Adefonsi, diaconus, canonicus,
ss.- Ego Rudericus, diaconus, canonicus, ss.- Ego Sancius
Munionis, diaconus, canonicus, ss.- Ego Pelagius Valdovinus,
diaconus, canonicus, ss.- Ego Petrus Garsias, diaconus,
canonicus, ss.- Ego Nuno de Pico, canonicus, ss.- Ego
Pelagius Sebastiani, subdiaconus, canonicus, ss.- Ego
Iohannes Veremudi, subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Iohannes
Sancii, subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Pelagius Iohannis,
subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Petrus Adefonsi,
subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Pelagius Petri,
subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Fernandus Palea.
subdiaconus, canonicus, ss.- Ego Iohannes, archidiaconus,
ss.- Ego Rudericus, archidiaconus, ss.- Ego Pelagius, abbas,
prebiter canonicus, ss.- Ego Reginaldus, diaconus,
canonicus, ss.- Ego Iohannes Rolan, presbiter, canonicus,
ss.- Ego Iohannes Veremundi, presbiter et canonicus, ss.-

Ego Nuno Pelagii, presbiter, canonicus, ss.- Ego Romanus,
presbiter, canonicus et notarius, ss.- Ego Pelagius,
capellanus, diaconus, canonicus, ss.
(Lupa Arie, clericus, notarius Compostellanus, scripsit.

NOTAS

¹En columnas relativas y muy desiguales.

²Quizá se trate de una probatio pennae y no de un nombre.

³El dibujo de una balanza a continuación.

77

1194, diciembre, [14. Carrión].¹

Alfonso VIII ordena hacer una pesquisa sobre los
términos de Ledigos, por si pertenecían a la Iglesia
de Santiago.

Fol. 72 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso VIII, nº 632.

(Christus, alfa et omega.) In Dei nomine. Conusçuda² cosa

sea a todos los omes que son^{en} et a todos los que serán,
cuemo el rey dom Alfonso, a quien Dios de bona vida et buen
sieglo cuando pasare, mando^a departir los términos entre
Saldanna^{en} et Ledigos, por la querela que fizieron los de
Ledigos de dom Guterre Farah^{en}, que tiene Saldana en honor,
que corrió los páramos et a los de Ledigos corriolos del so
páramo que es en so término de Ledigos, et las bestias et
los açadones et el despoio levolo para Saldana et nonno
quiso dar por ninguno^z derecho. Et fueron los omes de
Ledigos al rey, que era en Carrión, et querelaronse de don
Gutierrez, que les tomava en so término las bestias et el
despoio, et non lo quiere dar por derecho. Et mandoles el
rey que mostrasssem^a con esquinas de las fronteras por o era
el so término, et mandó a dom Velasco el cabaleyro de
Vilelga, gienrro de don Esteban, et a Pelayo^z Iuanes, el
balestero, que recebyisset aquellas^z esquinas de los
términos de Saldana et de Ledigos. Fernand Iuanes de
Valderas, mayordomo del arçobispo, mandó a Domingo Perancano
de Sant Fagundo et a Ju n Domingez^z de Ledigos que parasssem
aquellas esquinas, et pararonlas^z en el dia de Santa^z
Lucia al viso de Vila Ambroz et tomolas don Velasco et
Pelaio Iuanes por mandato^z del rey. Dixo Pero Martinez, el
cavalerio de Villa Gatón, esquina que fasta aquel viso es
término de Ledigos vora^z labrar et roçar et pacher; en el
término de Saldana an a pacher et tornarsse con sol en so
término. Dixo Dia Fernandez, el cavalieryo de Lagartos, que
fasta aquei viso era término de Ledigos para labrar et

rozar; et en el termino de Saldana paçer¹⁶ et tornarse con sol en su término. Iuanes de Saldanna et Domingo Moro, el alcalde, et Gutier Pelaez dixoren (sic) que fasta aquel viso era término de Ledigos para labra; et rozar et paçer et en termino de Saldana habien a paçer¹⁷ et tornar con sol en su término. Palayo de Albalad dixo la esquisa. Domingo Viçent de Villa Fradires dixo la esquisa. Palayo Pequenino de Villambroz dix la esquisa¹⁸. Martin Martinez de Cabanuelas¹⁹ dixo la esquisa. Pedro Mouriel de Calcadiella²⁰ et Migal Iuanes et Martin Migaelez et Iuan Gotierrez dixeron (sic) la esquisa. Pedro Migaelez, el cavallero de Poblacion, dixo la esquisa. Martin de Mara de San Martin dixo la esquisa²¹. Juan Martinez de Bustocirio dixo la esquisa. Pedro Martinez de Tercieiles dixo la esquisa. Pedro Esquierdo de Niloreg dixo la esquisa.

Tomadas foron estas esquisas en era Ma CC^a XXXIIa. Regnante el rey don Alfonso con la reynna²² donna Elionor en Castiella et en Toledo. Episcopus Alderic en Palenga. Episcopus en Leom don Manric. Don Telo teniente Çeia et Graiar. Abad don Pedro en Sa[n] Fagund.

Cuando al rey dixeron çtro día de Santa Lucia que las esquisas habien paradas los de Ledigos, mandó que ninguno non fosse más osado por façerles tuerto sobre aquel término et a Santiago muchol querie por amigo.

Et mandó esta carta facer²³ et seellar en remer brança.

Et si alguno de nuestros o de estranios²⁴ esta carta quisiere crevantear, aia la yra de Dios plenarie et la mia et

pectet en couto mille moravedis et el dano doblado que
fecier en es mismo logar.

Ego rex Adefonsus meo sigillo hanc cartam et mee^{am} manu
propria roboro et confirmo.

(Signe rodado).²⁶

Facta carta in mense decembris.

Petrus scripsit.

NOTAS

¹ El dia y lugar sacados del texto.

² GONZALEZ: Conoscuda.

³ ID.: omnes que sean

⁴ ID.: falta mandó.

⁵ ID.: Saldana.

⁶ ID.: Ledigos de ... Gu erre Fatah.

⁷ ID.: ningun.

⁸ ID.: que demostrasen.

⁹ ID.: Pelaio.

¹⁰ ID.: recebissen aquellas.

¹¹ ID.: Iuan Dominguez.

¹² ID.: paraionlas.

¹³ ID.: Sancta.

¹⁴ ID.: mandaldo.

¹⁵ ID.: para.

¹ ID.: pacer.

¹⁷ ID.: pacer.

¹⁸ ID.: exquisa.

¹⁹ ID.: Cabanivelas.

²⁰ ID.: Calçadiella.

²¹ ID.: exquisa.

²² ID.: reyna.

²³ ID.: façer.

²⁴ ID.: estrannos.

²⁵ ID.: falta et mea.

²⁶ Signum Adefonsi regi Castelle.

[1195], enero, 31. Leitrán.

Celestino III declara que no se puede dar
prescripción de los votos de Santiago.

Fols. 246 v.-247 r.¹

REG.: MIGNE: P.L., 206, nº 181.- J.L., II, nº 17187.

Celestinus episcopus. servus servorum Dei. Venerabili
fratri Petro, Compostellano archiepiscopo. salutem et
apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum

est honestum iam vigor equitatis quam ordo exigit rationis
ut id per solitudinem officii nostri ad debitum perducatur
effectu. Eapropter venerabilis in Christo frater, tuis
iustis² postulationibus annuentes, pagina presente
statuimus ut cum in lege contineatur humana quod in tributis
/et/ publicis funcionibus nullum prescripcio locum obtineat
et illa vota sint quasi tributa que Deo et beato Iacobo
apostollo in Hispania statuit annis singulis exsolvenda rex
Ramirus illa que tibi et ecclesie tue in eis prescripcio
obicitur locum non habeat aut vigorem. Decernimus autem ut
nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre
constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis vero hoc attemptare presumperit, indignacionem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum
eius se neverit incursum.

Datum Laterani. II kalendas februarii, pontificatus
nostrri anno quarto.

NOTAS

¹Otra copia en Tumbo C. fol. 276 v.-277 r.

²Repite iustis y borrado por expuntuación.

[1195], febrero, 1. Letrán.

Celestino III declara que el arzobispo de Santiago
pide demandar a los campesinos que no paguen los
votos ante los tribunales civiles.

Fol. 252 r.-v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 26.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei. Venerabili
fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, salutem et
apostolicam benedictionem. Cum sit regula viris qua dicitur
ut actor forum rei sequatur, preces ex parte tua nobis super
hoc obtainendo porrectas libenter admittimus, quod tam
canonice quam legali consonat equitati maxime id quod petis
in favorem beati Iacobi et Compostellane ecclesie debeat
adimpleri; innotuit siquidem nobis quod quidam laici rustici
de regno karissimi in Christo filii nostri illustris regis
Legionensis super votis beato Iacobo persolvendis volunt in
presencia ipsius regis qui ordinarius iudex eorum existit
quando conveniuntur aliquatenus respondere. Unde peticioni
tue gratum prebentes assensum, fraternitati tue presenti
pagina indulgemus ut tibi liceat rusticos ipsos tamquam
debitores votorum sub examine predicti regis quando quidem
tibi alias eorundem votorum solucio debita denegatur super

eisdem votis. sublatto cuiuslibet appellationis vel contradictionis obstaculo. convenire. Decernimus autem ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis vero hoc attempare presumpserit. indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Latarani. kalendas februarii. pontificatus nostri anno quarto.

80

1195, agosto, 27. Ribeira de Peña Velosa.

Alfonso IX concede a la Iglesia de Santiago la aldea de Certigeda.

Fol. 4 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 95.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C.. V, pág. 22.- GONZALEZ: Alfonso IX. I, págs. 74, 421 y 504.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.
Regis catholici interest metropolitanam sui regni sedem

quedam prerogatam' specialius diligere ac venerari, et eam semper suis ditare possessionibus et beneficiis ampliare, ut temporalia largiens premia eterna valeat adipisci. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, per hoc scriptum notum facio universis presentibus et futuris quod do et hereditarie iure concedo Deo et ecclesie Sancti Iacobi et vobis archiepiscopo domino Petro et vestris successoribus, imperpetuum, illam meam aldeam de Certigeda, cum suis pertinenciis et directuris, per suos terminos et divisiones ubicumque eius directura potuerit inveniri, ut illam habeatis integrum vos et vestri successores imperpetuum sicut illud quod melius habetis et possidetis et quod nullus vobis aut voci vestre in illam aliquam faciat violenciam vel contrarium. Hoc autem vobis facio pro remedio anime mee et animarum avorum et parentum meorum et pro bono et grato obsequio quod michi et patri meo, rege domino Ferdinando, sepius exhibuistis, cuius corpus in eadem ecclesia est sepultum.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo hanc cartam meam irritare voluerit vel violare, iram Dei habeat et regiam indignacionem incurrat, et si quid invaserit puplet, et pro ausu temerario regie voci et vestre tria milia morabetinos persolvat, karta suum robur perpetuum obtinente.

Facta carta in Ribeyra, apud Pennam Telosam, VI kalendas septembris, era Ma CCa XXIIII.

F o rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi

roboro et confirmo.

(la col.) Manrico. Legionensi episcopo.- Iohanne,
Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoriensi episcopo.- Martino,
Cemorensi episcopo.- Gunzalvo, Salamentino episcopo.-
Martino, Civitatensi episcopo.

(Signo rodado).ⁿ

(2a col.) Comite Gomiz, tenente Trastamar, Montem Rosum
et Sarriam.- Comite Fernando, tenente Extrematuram.- Comite
Froyla, tenente Bergidum et Asturias.- Laurencio Suariz,
regis signifero.- Fernando Garsie, regis maiordomo.- Gomiz
Anaye, meyrino in Extrematura.- Ruderico Ordoniz, meyrino in
terra Legionis.- Ramiro, in Tauro et Zamora.

Froyla scripsit. Petro Velle cancellario.

NOTAS

¹GONZALEZ: quidam prerrogatam.

²ID.: in perpetuum.

³ID.: potuerint.

⁴ID.: falta imperpetuum.

⁵ID.: morabetinorum.

⁶ID.: carta.

⁷ID.: Asturicensi.

⁸Signum Adefonsi, regis Legionis.

[1197], enero, 21. Letrán.

Celestino III comisiona a los obispos de Avila y Salamanca para que exijan a los diocesanos de Tuy y Orense el pago de los "votos", denegando toda apelación.

Fols. 243 v.-244 r.¹

ED.: ERDMANN: Papsturkunden in Portugal, pág. 374.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 27.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Abulensis² et Salamantinus³ episcoribus, salutem et apostolicam benedictionem. Quod preter consuetudinem omnium vicinorum, venerabiles fratres nostri, Aurensis et Tudensis episcopi, parrochiaros suos in exsolvendis votis beati Iacobi, sicut accepimus, asserunt non teneri miramur plurimum et movemur nec eos credimus denegare aliqua ratione⁴, quod tota provincia et coletorales populi exsolvere sine contradictione⁵ aliqua consuerunt⁶. Unde quia ecclesie beati Iacobi nulla possumus ratione deesse qui omnibus sumus in sua iusticia debitores, eisdem episcopis

per scripta nostra deditus in preceptis ut parrochianos suos ad vota beati Iacobi cum integritate solvenda donec eos ad id non teneri legitimis posuit⁹ probacionibus demonstrare, monerant¹⁰ efficaciter et inducant. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus¹¹ eosdem parrochianos ad solvenda vota beati Iacobi sicut prediximus, monere diligentius et inducere procuretis. et si monitis vestris et dictorum episcoporum obedire noluerint, vos eos, appellacione remota, excommunicacioni subiciatis et faciatis arctius¹² evitari nullis litteris veritati et iusticie preiudicantibus a sede apostolica impetratis.

Datum Laterani, XII kalendas februarii¹³, pontificatus nostri anno sexto.

NOTAS

¹Otra copia en BRAGA, Arquivo Distrital, gaveta de Votos, nº 9.

²ERDMANN: Abulensi.

³ID.: Salamantino.

⁴ID.: ratione.

⁵ID.: contradictione.

⁶ID.: consueverunt.

⁷ID.: falta quia.

⁸ID.: quoaniam.

* ID.: possint.

† ID.: moneant.

** ID.: quatenus.

*** ID.: artius.

**** ID.: Dat. Lateran., XII kal februar,

82

1197-enero-23. Santiago.

Alfonso IX concedo el refectorio de los canónigos
de Santiago la cuarta parte del producto de las viñas
que tenia en Villarey.

Fols. 174 v.-175 r., en confirmación de Fernando III de 25
de febrero de 1232.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 202.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 22 y 35-36.- GONZALEZ:
Alfonso IX, I, pág. 323.- EIJAN: Ribadavia, pág. 171.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen.

Regis catholici interest sancta loca diligere ac venerari,
propriis ea ditanto muneribus et possessionibus ampliando,
illa vero precipue que in regno suo excelleritiora' (sic)

habentur et celebriora esse creduntur. Iccirco ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis et Gallicie. filius illustrissimi et victoriosissimi regis domni Fernandi, qui in basilica gloriosissimi apostoli Iacobi tumulatur. ex hoc scriptum firmissimum perpetuo validitatum notum facio universis presentibus et futuris quod ea die qua apud ipsum apostolum cingulo militie me decoro, do, offero et hereditario iure concedo Deo et Sancto Iacobo, ad consummationem mensam canonicorum, omnes quartas partes totius fructus vinearum illarum quas homines de Villa Regis de Ripa Avie laboraverunt, laborant et laborabunt in termino ipsius mei cellarii de Castrello, ut illis eo modo et eodem iure deinceps habeat communis mensa canonicorum quo mihi seu maioringo meo annis singulis scilicet bantur. sic in pace et libere possidendas evo perenni. sicut illud quod melius habet et libcrius dignoscitur possidere. Hoc autem in perpetuum offero et concedo comuni mense canonicorum beati Iacobi ob reverenciam ipsius apostoli et pro remedio anime mee et animarum patris mei et avorum meorum, et quia orationibus et obsequiis que in eiusdem apostoli ecclesia Deo iugiter exhibentur in temporalibus successuum prosperitatem et eternam postmodum vitam eo largiente desidero promereri.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc factum meum spontaneum temptaverit irritare et hanc kartam meam modo aliquo infringere vel violare, iram Dei et maledictionem habeat et si quid invaserit in duplum

restituat, et pro ausu temerario regie parti et ecclesie
Sancti Iacobi in penam tria millia morabetinorum persolvat,
et tandem cum Iuda, Domini traditore, et Datan et Abyren,
quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuo in inferno.

Facta karta apud Sanctum Iacobum, X^o kalendas februarii.
era Ma CC^a XXXV. Regnante rege domino Adefonso Legione,
Gallecie, Asturiis et Extrematuria.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi
proprio signo et sigillo comunio et robozo et confirmo.

(1^a col.) Petro tercio, Compostellano archiepiscopo.-
Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.-
Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.-
Gunzalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi
episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Adefonso, Auriensi
episcopo.- Petru Tudensi episcopo.- Ruderico, Lucensi
episcopo.- Rabinato, Mindoniensi episcopo.

(Signo rodado).

(2^a col.) Comite Gumiz, tenente Trastamaram, Montem Rosum
Montem Nigrum et Sarriam.- Petro Fernandi Castellano, regis
maiordomo, tenente Asturias, Limiam, Lemos et Sanctum
Pelagium de Lodo.- Nuno Nuni, tenente Tariaes et
Francellos.- Iohanne Nuni, tenente Extrematuram.- Fernando
Goterrrii, Taurum et Cemoram et Villam Fafilam.- Poncio Vele,
Maioricam et Mansellam.- Pelagio Munionis, regis signifero.

Petro Vele, domini regis cancellario, Froila, domini
regis notarius et ecclesiasticus Sancti Iacobi canonicus,
scripsit, domino Petro Vele, de mandato domini regis iuvente.

NOTAS

¹GONZALEZ: excellentiora.

²Signum Adefonsi, regis Legionis.

83

[1198], agosto, 6. Rieti.

Inocencio III reconoce el derecho de la Iglesia compostelana sobre el hospital de Cassina, así como otras posesiones en Italia.

Fols. 242 v.-243 r.

REG.: MANSILLA: Inocencio III, pág. 189.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 28-29.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri, Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Incumbit nobis ex debito pastoralis officii et iusta pe/te/ntibus audienciam prebeamus cum efficacia

maxime ubi eorum vota et pietas adivat explorati iuris
veritas non relinquit. Eapropter, venerabilis in Christo
frater, tuis iustis postulacionibus gratiam conivenciam
impudentes ea que in episcopatu Vercellensis Compostellane
obtinet ecclesia, videlicet hospitale de Cassina, cum
pertinenciis suis: in episcopatu Papiensi, case unum in
villa que dicitur Casal Maior; in episcopatu Verannensi,
hospitale de Cumba; in episcopatu Ferariensi, hospitale
quod dicitur de Perrot; in episcopatu Bononiensi, hospitale
de Unciola, cum pertinenciis suis necnon et alia que
Compostellanam habet ecclesiam in Italia. Sicut predicta
omnia iuste ac pacifice possides tibi et parte
Compostellane ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et
presentis scripti patrocinio communis s. Decernimus ergo ut
nulli omnino nominum licitum sit hanc nostre reginam
confirmationis infringere vel ei ausa temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum
eius se noverit incursurum

Datum Reati, VIIIQ idus augusti, pontificatus nostri
anno primo.

Inocencio III sentencia que la iglesia bracarense no pueda impedir a la compostelana el ejercer los derechos metropolitano en los obispados de Lisboa y Evora.

Fols. 259 v.-261 v.¹

ED.: MANSILLA: Inocencio III, n.º 198.- HAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 95 (103).²

REG.: POTTAHST: Regesta, I, nº 755.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pág. 12.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 30.- FERREIRA: Fastos, I, pág. 337.- MANSILLA: Disputas, págs. 117 y 122.- CAMPELO: Orígenes, pág. 498.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.³ In causa duorum episcopatum, videlicet Ulixbonensis et Elforensis, que inter te ac venerabilem fratrem nostrum [Martini], Bracarensem archiepiscopum, vertebatur, cuius examinationem plenariam sola sententia sedi apostolice reservata, felicis recordationis Urbanus papā, predecessor noster, vicedomino Brixensi et magistro I. Bergamensi commisit in Ispaniam destinatis, te coram ipso vicedomino, altero iam collega

post citationem defuncto, contra dictum archiepiscopum in initio proposuisse cognovimus, quod Bracarensis archiepiscopus, post litteras citationis receptas, post appellationem^a etiam et inhibitionem a te interpositas, ne in predictis episcopatibus aliquid in tuum preiudicium attemptare, electos illius temporis consecravit. Unde te offensum graviter querebaris, ubi a te nichilominus fuit propositum contra ipsum quod ante invasionem barbaricam Ulixbona et Elbora civitates ad Emeritensem metropolim pertinebant; sed ea pesta captivata et ipse cum ea captive fuerunt, donec dignitas eius cum omni iure suo in Compostellanam ecclesiam est translata. Dicte quoque civitates christianorum cultui sunt, faciente Domino, restitute; de quibus usque ad tempora iamdicti predecessoris nostri non fuit in dulium revocatum, quin ad Compostellanam ecclesiam pertinerent. Licet rex^b Portugalensis, ad suggestionem Bracarensis ecclesie, ius ecclesie Compostellanne pluries molestarit, pro cuius prohibitione secundus Elborensis electus in tantum distulit consecrari, quod absque consecratione decessit; cuius successor et tercius Ulixbonensis electus, prefato rege vivente, non fuerunt ab aliquo consecrati. Huius autem violentiam successor filius superavit, cogens Bracarensem^c archiepiscopum cogi volentem, ut iamdictos electos, quod pater numquam fecerat, consecraret. Contra quo, ex parte tua, prius fuerat ad sedem apostolicam appellatum, a qua commissionem de qua premisimus impetratas^d, proponens coram

dicto vicedomino Brixiensi te illos duos episcopatus possidere ac possedisse atque ad tuum ipsos ecclesiam pertinere; petens nichilominus, ut Bracarensis archiepsicopus tibi de illatis iniuriis satisfaceret et cohiberetur de cetero, ne in predictis episcopatibus te libere uti iurisdictione^m metropolitica impediret, quos ad ecclesiam tuam indubitate^m spectare per apostolice sedis privilegia, concilia quoque, divisiones et hystorias et publicam famam, sicut in causa quatuor episcopatum feceras, ostendere nitebaris, parte altera respondente, Bracarensem ecclesiam illos duos episcopatus et possidere tunc et ab eo tempore possedisse, quo per gratiam Dei et virtutem Alfonsi, regis Portugalensis, due civitates predicte de manu paganorum fuerant liberate atque ad cultum fidei christiane per Bracarensis archiepiscopi predicationem reducte, et iure suo sic usum archiepiscopum Bracarensem asserebat tibi aliquatenus iniuriam non fecisse. Ex hiis ergo circa iniuriarum possessionis et proprietatis articulos intentionem tuam asserebas esse fundatam et ad singulos articulos partem alteram respondisse: ad iniurias quidem et possessiones expresse, ad proprietatem vero latente, cum iuxta canonicas sanctiones, quicumque ad suam cathedralm pertinencia loca lucrari negligunt in catholicam unitatem, si post tempus canonicum id moniti non effecerint, ad eum perveniant et¹⁰ poterit ea sua predicatione lucrari. Porro Bracarensis archiepsicopus respondebat quod cum in premisso iudicio satisfactio tamen iniuriarum petita fuisset et ut

cohiberetur archiepiscopus Bracarensis. ne impediret te uti iurisdictione¹¹ metropolitica in illis duobus episcopatibus, sicut ex forma libelli conicitur¹² manifeste profecto nec proprietatem nec possessionem ab eo iam petere poteras in presenti iudicio, presertim cum te diceres possessorem; unde proprietatem vel possessionem ab eo petere non valebas, que non nisi a possidentibus repetuntur; adiungens quod, etsi ad proprietatem vel possessionem aliquid pertinens a parte sua coram nobis fuerit allegatum, cum ius suum fuerit protestata, non debebat in eius dispendium redundare; interdictum quoque "uti possidetis"¹³, quod in hoc casu locum videbatur habere, cum utraque partium se possidere diceret, tibi non competere proponebat, cum te sicut dicebat, non probaveris possessorem nec interdicto illo aliis agere valeat quam possessor; in quo ille debet per sententiam obtainere, qui nec vi nec clam nec precario ab altero possidet. Tu vero possessionem ecclesie tue multipliciter ostendere satagebas tam per confessiones adverse partis quam per electorum et episcoporum recognitiones et profesiones et obedientiam eorundem, quam etiam per executiones romanorum pontificum, que singula tam instrumentis quam testibus asserebas esse probata. Interrogatus enim in iure Godinus, Bracharensis archiepiscopus, proximus antecessor istius, si credebat aliquem predecessorum suorum hos episcopatus aliquando possedit, respondit: "Quidam dicunt sic, quidam non, et ideo nescio, quibus credam;" et addidit postea: "Nec inde

certus sum, nec incertus". Que verba in id eum videbantur inducere, ut nullum predecessorum suorum crederet possedisse. Primus item post liberationem Ulixbonensis episcopus, Gilbertus, nomine, necnon et Alvarus, successor ipsius, professionem fecerunt in scriptis et etiam manualem Compostellano archiepiscopo et ei sicut metropolitano /suo/ reverentiam et obedientiam impenderunt. Tercius quoque, qui superest dum adhuc esset electus, idem cum tota sua ecclesia recognovit, veniens, ut confirmationem eleccionis et munus consecrationis reciperet ab archiepiscopo memorato, nisi de medio fere itineris per prohibitionem regis sui fuisset ad propria revocatus: sicut per multos testes asserebas esse probatum. Executiones quoque romanorum pontificium¹⁴ (sic) Alexandri, Lucii et Celestini, qui possessionem, quam te habere licet, cum perturbatione credebas, declarare voluerunt demonstrant quod te in plenum iurisdictionis¹⁵ usum inducere curaverunt, facultatem¹⁶ tibi liberam tribuentes suspendendi, excommunicandi¹⁷ et electionem cassandi, precipientes etiam sentencias a te lataς inviolabiliter observari, sicut in eorumdem litteris continetur. Pro iurisdictionis¹⁸ autem executio libere obtainenda in Elborensi episcopatu penitus¹⁹ est Bracarensis archiepiscopus in episcopatibus Galicie tibi per sedem apostolicam assignatis, sicut in literis bone memorie Alexandri pape contineri dicebas. Ex litteris etiam Ulixbcnensis episcopi, quas ostendebas bullatis²⁰, ostendere nitebaris, quod Elborensis episcopus sententiam a te latam

in ipsum inceperat observare. Bracarensis autem archiepiscopus respondebat professiones predictas per testes non^{est} esse probatas^{est} quandam ipsius testibus de ratione temporis impossibilitate obiciens, asserens etiam quod^{est} professiones huiusmodi clam, ignorantie Bracharensi archiepiscopo, factas non potuit ecclesia Bracharensis sua possessione privari, cum et quedam earum facte fuisse probentur, cum Ulixbonensis episcopus exulabat; possessionem suam multo plenius et efficacius satagens comprobare, cum omnes episcopi a liberatione civitatum illarum in illis ducibus episcopatibus per Bracarensem archiepiscopum fuerint consecrati, qui ei tamquam suo metropolitano reverentiam et obedienciam impenderunt; venientes ad concilia Bracarensia, tamquam proprii suffraganei, et querebras suas coram eodem archiepiscopo proponentes; sicut per multos testes asserebat et tue partis quedam etiam instrumenta sufficienter esse probatum. Litteras autem bone memorie Celestini pape, predecessoris nostri, super eodem negotio pro te contra Bracarensem ecclesiam impetratas, in nullo sibi posse preiudicare dicebat, cum, lite pendente, fuerint impetratae, quando non licet etiam supplicare. Tu vero preter premissa fortius allegabas, quod cum Godinus, Bracarensis archiepiscopus, et M., canonicus et clericus tuus, olim essent in presentia bone memorie Alexandri pape, predecessoris nostri, pariter constituti, eodem M., clero tuo, firmiter proponente quod Bracharensis archiepiscopus plures de suffraganeis tuis ac^{est} precipue Ulixbonensem et

Elborensem episcopos occupaverat, dictus archiepiscopus, e contra respondens, asseruit, quod prefatos episcopos nullatenus detineret nec ab eis obedientiam vel reverentiam aliquam exigeret nec etiam quomodelibet impediret, quominus tibi et ecclesie tue obdiant et subiectionem inpendant²⁵. Adiecit etiam, quod cum nobilis vir dux Portugalensis civitatem Elborensem cepisset, ne in paganismum rediret, instantia eius predecessor suus ibidem episcopum consecravit sed tamen ab eo nullam obedienciam vel reverenciam requisivit, immo ut ecclesie Compostellane obdirezet, mandavit, qui nondum propter paupertatem et quia nimium remotus est, ad tuam accessit ecclesiam. De aliis vero episcopatibus, quos idem M., clericus tuus, dicebat ad tuam ecclesiam pertinere, dixit, quod ad ecclesiam suam spectant et sibi iure metropolitico debent subesse, et super hoc privilegia romanorum pontificum multa produxit. Cumque ab eodem nuntio tuo idem predecessor noster instantius requisisset, si qua ex inde privilegia ecclesia tua haberet, et ipse asseverasset se id omnino nescire, statuit: ut episcopi quos Bracarensis non recognovit ad te pertinere, asserens ad ecclesiam suam ipsos spectare si et ecclesie sue, quoque hos iudicio diffiniretur, obedienciam et reverenciam impendant et ipse predictos suos episcopos libere tibi et ecclesie tue obdiren permittat. Licet autem Bracarensis archiepiscopus contra prescriptas²⁶ litteras allegaret, quod illa concessio sibi preiudicare non poterat, cum in iure facta non fuerit, eo quod prefatus M. non

procurator aut responsalis sed canonicus tantum et clericus,
in illis litteris appellatur²⁷, quia tamen sepedictus
Bracarensis archiepiscopus ilias litteras impetravit et eis
pro se usus est in iudicio magnumque de illis commodum
acquisivit; et tu, quod per eundem M., canonicum et clericum
tuum, super hoc factum fuit, ratum habes et approbas, unde
iam ille non potest obicere, quod nullus pro parte tua ibi
fuerit procurator nam et quod per falsum procuratorem agitur
in iudicio valet utique; si postea per dominum approbetur
cum etiam presumendum sit prefactor²⁸ romani pontificis, unde
conicitur, quod coram Alexandre papa, qui statutum illud
emisit, lis fuerit contestata, nos attendentes, quod forma
petitionis, quantum²⁹ in hoc iudicio proreexistit³⁰, eadem
est conforma constitutionis³¹ dictus predecessor noster,
Alexander papa, fecisse probatur, cum forma quoque
assertionis, quam Bracarensis archiepiscopus coram eodem
Alexandro fecisse dinoscitur³², super quo testes in hoc
iudicio producti fuerunt et attestations etiam publicate,
necnon et super ipsis attestacionibus disputatum. Rationibus
et allegationibus utriusque partis diligenter auditis et
cognitis, attestacionibus quoque ac instrumentis visis et
intellectis, habito fratrum nostrorum consilie, de communi
deliberatione decernimus et sentencialiter diffinimus, ut
Bracarensis archiepiscopus vel ecclesia Bracarensis
nullatenus te vel ecclesiam Compostellanam impedit,
quominus in predictis duabus episcopatibus plene ac libere
iurisdictionem³³ metropoliticam valeas exercere. Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc paginam nostre^{**} diffinitionis
infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
se moverit incursum^{**}.

Datum Laterani, VI nonas iulii, pontificatus nostri anno
secundo^{**}.

NOTAS

¹Otra copia en Reg. Vat. 4, fols. 170 v.-171 r.

²Otras ediciones y referencias en HAGENEDER, op. cit.,
ibidem.

³HAGENEDER: falta desde Innocencius, hasta benedictionem.—

MANSILLA: falta lo mismo menos Petro, Compostellano
archiepiscopo.

⁴ID., ID.: appellationem.

⁵MANSILLA: rex Alfonsus.

⁶HAGENEDER: Braccarensem.

⁷ID y MANSILLA: impetraras.

⁸ID., ID.: iurisdictionem.

⁹MANSILLA: indubitanter.

¹⁰ID. y HAGENEDER: qui.

¹¹ID., ID.: iurisdictione.

¹²MANSILLA: coniicitur.

¹³Digesto 43. 17.

¹⁴HAGENEDER: pontificum videlicet.

¹⁵MANSILLA: iurisdictionis.

¹⁶Repecido facultatem y borrado por expuntuación.

¹⁷MANSILLA y HAGENEDER: excommunicandi.

¹⁸MANSILLA: iurisdictionis.

¹⁹Sobre punitus.

²⁰MANSILLA y HAGENEDER: bullatas.

²¹MANSILLA: non testes.

²²ID.: approbatas.

²³HAGENEDER: quod per.

²⁴ID. y MANSILLA: et.

²⁵ID., ID.: impendant.

²⁶ID., ID.: predictas.

²⁷MANSILLA: appellaretur.

²⁸ID. y HAGENEDER: pro facto.

²⁹ID., ID.: tu.

³⁰ID., ID.: prorrexisti.

³¹HAGENEDER: constitutionis quam.

³²MANSILLA: dignoscitur.

³³ID.: iurisdictionem.

³⁴ID y HAGENEDER: falta desde omnino hasta noster.

³⁵ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.

³⁶MANSILLA: Dat. Lat.. VI non.- HAGENEDER: falta desde pontificatus hasta secundo.

[1199], julio, 5. Letrán.

Inocencio III aprueba la concordia por la que se adjudican a la metrópoli compostelana los obispados de Lamego e Idanha y a la de Braga, Viseu y Coimbra.

Fols. 236 r.-238 r.¹

FD.: MANSILLA: Inocencio III, nº 199.- HAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 97 (105). Ambos segun Reg. Vat. 4, fols. 171 v.-172 v.²

REG.: POTTHAST: Regesta, nº 760.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pag. 12.- HERNANDEZ: Los cartularios de Toledo, nº 642³.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 29-30.- FERREIRA: Fastos episcopais, I, pag. 352.- CAMPELO: Orígenes, pag. 498.- MANSILLA: Disputas, pag. 129.

Inocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Bracharensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem⁴. Cum simus in sede iusticie, disponente Domino, constituti questiones que perferuntur ad sedem

apostolicam terminande subtili. nos opportet examinacione
discutere iustoque iudicio diffinire; quia sicut eius
sentencia non potest ab alio retractare, sic aliis formam
tribuit iudicandi. Sane inter alias controversias, que inter
Compostellanam e^m Bracarensem ecclesias vertebatur^m, super
sentenciam quoque lata per Compostellana metropoli super
episcopatu Zemorensi non levis fuit questio ventiliata. pro
qua te ac venerabili fratri nostro Petro, Compostellano
archiepiscopo, in vestra^r presencia constitutis, quod idem
episcopatus ad tuam ecclesiam pertineret. sentenciam, super
eo latam, pro Compostellana ecclesia petendo, penitus
infirmari, ostendere nitebaris. Olim enim a paganis capta
Valencia^m civitate, Valentinus episcopus per terra principem
imperavit, ut ad sustentationem suam ab Astoricensi episcopo
Zamora, que pars erat Astoricensis diocesis, cum quibusdem
aliis locis et terminis sibi daretur, ubi tamquam episcopus,
pontifficalia cepit officia exercere, obediendo
archiepiscopo Toletano cuius extiterat suffraganeus et a quo
fuerat consecratus. Videns autem hoc Astoricensis episcopus,
ad quem Zamora cum locis predictis pertinere dicebas, ad
Deusdedit prebiterum cardinalem, tunc apostolice sedis
legatum, accessit, tam de archiepiscopo Tolletano quam de
Hieronimo^r, tunc episcopo Zemorensi, proponens in eius
adiutorio questionem; per sui solicitudinem taliter
proponebas fuisse compositum inter partes, quod dictus
episcopus honore Zemorensis ecclesie, dum viceret, uteretur,
nisi de auctoritate apostolice sedis, loco mutato, transiret

ad sedem aliquam que vacaret; quod si contingenteret, Zemorensis ecclesia et Campus Tauri Astoricensi ecclesie modis omnibus redderentur; alioquin, eo defuncto, idem penitus servaretur. Cum autem in eodem loco multitudo populi excrevisset, dictus Toletanus et princeps terre, nepos bone memorie Calixti pape, predecessoris nostri, qui tunc sede apostolicae¹⁰ preminebat, rogaverunt eum ut sepedictum episcopum in Zemorensem presulem confirmaret; quorum precibus acquievit, dans eidem episcopo in mandatis, ut interim nulli professionem faceret nec ecclesiam sibi commissam permetteret alii subiugari, donec instrueretur ab ipso, quid eum facere oppoteret. Audiens autem hoc archiepiscopus Toletanus ad apostolicam sedem iuxta tuam asercionem accessit¹¹; ubi de obediencia sibi a Zemorensi episcopo impendenda litteras, ut dicebas apostolicas impetravit, qui post obitum primi episcopi et¹² alium ibi episcopum consecravit. Propter quod tunc archiepiscopus Bracharensis a¹³ felicis recordacionis Eugenius papa¹⁴, predecessorem nostrum, accedens multis rationibus argumentis¹⁵ asseveravit Zemorensem ecclesiam ad Bracharensem metropolim pertineret¹⁶. Unde ab eodem citatus fuit archiepiscopus Toletanus, in cuius presentia utraque parcium constituta¹⁷, earum auditis rationibus et plenius intellectis, de consilio fratrum predictam Zemorensem ecclesiam perpetuo subiectam esse decrevit ecclesie Brachaiensi, sicut in autentico sententie continetur, mandans episcopo, clero et populo Zemorensi¹⁸, ut

Bracharensi archiepiscopo eiusque successoribus tamquam metropolitano proprio debitam obedientiam et reverenciam exhiberent; cuius auctoritate sentencie a pie recordacionis eodem Eugenio, Adriano et Alexandro romanis pontificibus confirmatae, quod a Bracharensi archiepiscopo apprehensa fuerit possessio corporalis, per deposiciones testium et rescripta quedam, ostendere satagebas. Consequenter vero Compostellanus archiepiscopus, qui a tempore Calixti semper tacuerat, ut dicebas, ad eundem Alexandrum accessit, et, veritate tacita, cum instancia nimia commisionem satis insolitam impetravit, ut Zemorensem episcopum ad exhibicionem iusticie de subiectione Zemorensi ecclesie, quam sibi vendicare volebat, pro debito cogeret officii pastoralis. Quanvis enim Bracharensis archiepiscopus tempore patris et predecessoris sui, Eugenii pape, per sentenciam eius contra Tolletanum obtinuerit subiecticinem ecclesie Zemorensis quia tamen possessionem non habuit et res inter alios accti¹ aliis non preiudicat, in conscientia sua idem Alexander pape, et² consilio fratrum suorum, invenit quod Compostellanus archiepiscopus convenire posset episcopum Zomorensem et episcopus deberet ei secundum iuris ordinem respondere. Unde Tirasonensis, Abuliensis et Portugalensis episcopis mandando precepit, ut episcopum Zomorensem monere curarent et ipsius auctoritate compellere, quod de subiectione sue ecclesie Composteliane archiepiscopo sub earum examine, occasione et contradictione cessantibus, non differret iusticie plenitudinem exhibere. Bracharensi quoque

auctoritate apostolica nunciarent, ut si sue voluntatis existeret, eundem episcopum coram eis ab ipsius Compostellani, si quomodo²³ de iure posset, studeret impetizione tueri. Qui si a Zemorensi non vocatus ad causam duceret appellandum²⁴, propter hoc cognitionem et decisionem ipsius cause inter Compostellanam²⁵ et Zemorensem pretermitti vel differri nollebat. Si vero Portugalensis exequendis²⁶ premissis nollet vel nequirit adesse, alii duo ea nichilominus adimplerent, has siquidem litteras commissorias de suggestione iisitatis, iniuitate fame ac inequalitate mandanti²⁷ tu coram nobis arguere satagebas. Suggesserat enim Compostellanus archiepiscopus quod non habueras possessionem ecclesie Zemorensi; quod falso fuisse per attestaciones ostendere nitebaris. Mandabatur etiam delegatis iudicibus, ut si Bracharensis a Zemorensi non vocatus ad causam duceret appellandum, decisio cause nullatenus tardaretur; quod iniquum admodum prima facie videbatur; cum quorum interest audiri soleant appellantes. Et si Portugalensis, qui erat sufraganeus Bracharensis, cause nollet²⁸ vel non posset adesse, alii duo procedere non different; quod in sufraganeo Compostellane ecclesie non mandabatur aliquatenus observandum, ut scilicet in eius absentia reliqui duo possent aliquid diffinire. Contra processum quoque delegatorum iudicum alegabat²⁹, quod cum tres iudices locum idoneum partibus communiter asignassent, duo ex episcopis, sufraganeis³⁰ scilicet ecclesie Compostellane aliisque tanquam medius delegatus in

absencia tertii, qui erat sufraganeus Bracharensis, mutato loco communi deliberacione proviso, alium fere inaccesibilem partibus asignarunt. Qui cum esset sarracenorum faucibus constitutus et per decem diatas distaret ab ecclesia Bracharensi, propter regum discordias et alia multa impedimenta illuc ire non potuit archiepiscopus Bracharensis. petens per duos de sociis suis cum litteris excusacionis ad eosdem iudices destinatos, ut, loco mutato, alium asignarent partibus competentem. Quod cum facere noluissent, idem nuncii sedem apostolicam appellarunt, sicut etiam per suas litteras idem archiepiscopus appellabat. Sed ipsi iudices, appellatione contempta, in causa nichilominus processerit, Zemorensem ecclesiam per iniuriam et colodium, ut dicebas, Compostellano archiepiscopo assignantes. Quorum sentenciam asserebas multipliciter irritandam, propter manifestam suspicionem duorum iudicium, qui sine tercio pro loco idoneo inacessibilem eligerunt, nec receperunt excusaciones et appellationem ecclesie Bracharensis, tam arduum negocium in momento temporis incidentes, cum etiam in causis minimis dilaciones varie postulantibus non negentur. Unde propter hec^{et} similia, tam coram dicto^{re} vicedomino prius proposita quam postmodum coram nobis, petebas premissam sentenciam infirmari, et consequenter quicquid ex ea vel ab eam fuit postea subsecutum. Ceterum, prefatus Compostellanus archiepiscopus pro ecclesia sua factum aliter proponebat; Zamoram ab antiquo partem episcopatus Salamantinus asserens extitisse.

cumque Salamantina civitas post paganorum persecucionem restituta^{**} fuisset cultui christiano, diocesis illa, sicut tunc pertinet ad episcopatum Zamorensem, fuit Salamantino episcopo totaliter restituta; cuius subiectione, mediantibus Ieronimo, Geraldo et Munione, Salamantinis episcopis, Compostellana ecclesia facta metropolis noscitur habuisse. Quod, sicut ipse dicebat, multa documenta, fama publica et recens memoria hominum protestantur. Processu vero temporis in tantum excrevit in loco eodem hominum multitudo, quod per studium regis proprius fuit ibi episcopus institutus et ad instanciam regiam per Toletanum tunc legatum^{**} tocius Hyspanie^{**} consecratus: qui mandatum a Calixto papa recepit, sicut est superius prelibatum, quod nulli professionem faceret, donec super hoc sibi denue scriberetur. in quo tamen, tum pro debito consecrationis impensse, tum propter legacionis officium, Tolletanus cepit sibi speciale aliquid usurpare, qui successorem primi episcopi similiter consecravit. Accidit autem quod tempore illo, prout Compostellanus dicebat, in causa primacie condemnatus Bracharensi archiepiscopo toletano, compulsus fuit ab Eugenio papa debitam illi obedienciam recognoscere. Propter quod ei amicabiliter sociatus, sperare cepit, quod episcopatum Zamorensem per ipsam posset evincere, ad cuius metropolim non expectabat^{**}. Unde in eiusdem pape presencia propter causam Zamorensis episcopatus dictis archiepiscopis constitutis, nichil fuit contra Brachareensem a Tolletano responsum, quod ipsius propositum impediret, sicut ex tenore

sentencie declaratur. In his^{xx} omnibus autem defuerat Zamorensis qui de mandato apostolice sedis secundum asercionem Compostellani archiepiscopi pro libero se gerebat. Unde in ipsius preiudicium, sicut neque adversus Compostellanam ecclesiam indefensam tunc temporis et absentem, nulla sentencia vel rescriptum impetrari poterat cum effectu; ex qua tamen sentencia non fuit possesio acquisita. Cum /que/ postea Bracharensis resiliret ab obediencia Toletanus, et ipse suspensus fuit et ab eius obediencia omnes sufraganei absoluti. Unde per factum vel mandatum ipsius possesio spiritualis et que ad sacramenta spectabat, secundum asercionem Compostellani archiepiscopi, non potuit obtineri^{xx} sed^{xx}, successor ipsius contra Zemorensem episcopum execucionem sentencie sepius postularet, responsum accepit. quod, nisi prius acquiescerit sentencie de primaria^{xx}, hoc nullatenus impetraret. Unde usque ad tempora bone memorie Alexander pape remansit negocium in suspenso, in cuius presenciam presens Compostellanus presentem Zamoram^{xx} compelli petiit, ut dicebat, sibi de subiectione Zemorensis ecclesie respondere. Verum, quia idem Alexander sentencie late ab Eugenio papa presencialiter interfuerat nec contra factum ipsius venire solebat^{xx}, rationibus tamen inductus, de fratum consilio plena tandem deliberacione statuit, prout idem Compostellanus dicebat, ut quia res inter alios acta aliis non preiudicat, non obstante priori sentencia, Zemorensis teneretur de subiectione sua Compostellano archiepiscopo

respondere. Sic ergo sub certa forma, que superius est expressa, fuit comisio impetrato; cumque per litteras ipsius Alexandri non fuisset in causa procesum, successor eius Lucius commissionem innovavit eandem, cuius tenore iudices denunciaverunt viva voce archiepiscopo Bracharensi, et duo ex ipsis, Tirasionensis scilicet et Salamantinus, diem et locum eidem per litteras intimarunt, tercio rescribente duobus quod non poterat interesse. quemadmodum Compostellanus archiepiscopus refferebat. Convenientibus autem tam duabus predictis iudicibus quam partibus ad diem et locum, neque Bracharensis comparuit, nec⁴¹ eius aliquis responsalis. Et cum Zamorensis iudicibus respondisset, quod ipsum ad deffensionem vocare sui nunquam voluerat nec volebat, ipsi iuxta formam comissionis procedentis in causa, sicut Compostellanus archiepiscopus proponebat, inspectis rationibus partium et plenius intellectis, quod ecclesiam Zamorensem⁴² de cetero Compostellane tamquam sue metropoli esset subiecta, sentencialiter decreverunt. Cum autem ab Urbane, Lucii successore late sentencie confirmacio peteretur, propter contradictionem Bracharensi archiepiscopi non potuit obtineri; non quod super ipso episcopatu possessionem vel proprietatem eius petendo Compostellanam ecclesiam conveniret, sed super sola sentencia confirmando, vel infirmando⁴³; ea si quid existeret infirmandum, litteras ad Brixensem vicedominum, quem pro hac causa et aliis, que inter Compostellana et Bracharensis ecclesias vertebantur, destinaverat in Hyspaniam, impetravit. Ipse vero in⁴⁴ alia

super possessionem Zemorensis episcopatus et lata sentencia super ipso duabus iu[di]cibus⁴⁶ multos testes productos ab archiepiscopo Bracharensi recepit, qui de proprietate dixit neminem eorum scire aliquid, ut credebat; verum, si quis inde aliquid diceret, iuri suo renunciare nolebat, quamvis Compostellanus archiepiscopus testes prefatos non super possessione Zemorensis episcopatus, sed super sentencia tantum diceret admittendos, super quo sola comissio fuerat a parte altera impetrata et in receptione suorum testium de Zemorensis episcopatus possessione non fuerat in forma iuramenti expresum aliquid, ut dicebat. Et quoniam dictus delegatus usque ad sentenciam diffinitivam procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad sedem apostolicam destinavit, pretexatam⁴⁷ sentenciam tamquam canonice latam confirmari a nobis Compostellano archiepiscopo⁴⁸ requirebat, non obstante, quod contra commissionem de falsi suggestione vel aliis fuerant intemperatum, cum nec ante sentenciam obiectum fuerit, nec si veritas illa fuisset expressa, commissionem ullatenus⁴⁹ impeditisset, nec Bracharensis intererat appellare, cum sibi per ea non⁵⁰ fieret providencium⁵¹, que inter alios agebantur; sicut nec per⁵² ultimam clausulam litterarum, que a forma communi et solita, non sensu, sed verbis tantummodo discrepabat. Nos ergo rationibus et allegationibus, attestacionibus quoque ac instrumentis utriusque partis diligenter auditis et intellectis, issis et cognitis, post longam discussionem et examinacionem prefatam, de communi fratrum nostrorum consilio decernendo

pronunciamus et pronunciando decernimus, sentenciam illam in nullum^{**} prorsus consistere^{**} tibi vel ecclesie Bracharensi. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam vestre^{**} diffinicionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacione omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.²⁶

Datum Laterani, III nonas iulii, pontificatus nostri anno secundo.²⁷

NOTAS

¹Otra copia en Reg. Vat. 4 fols. 171v.-172 v.

²Otras referencias de regestos y copias en HAGENEDER, op. cit., ibidem.

³Copias en Burgos, A.C. y Madrid, B.N., así como referencias a la utilización de los fondos toledanos en HERNANDEZ, op. cit., ibidem.

⁴MANSILLA: falta desde Inocencius, hasta Benedictionem, menos Bracharensi archiepiscopo.- HAGENEDER: falta desde Inocencius hasta benedictionem.

⁵MANSILLA: et.

⁶ID y HAGENEDER: vertebantur.

⁷ID., ID.: nostra.

⁸ID., ID.: Valentia.

¹⁹MANSILLA: [Hieronimel]: falta en HAGENEDER.

¹⁹ID., ID.: apostolice.

¹⁹MANSILLA: suam assertionem accessit.

¹⁹ID y HAGENEDER: etiam.

¹⁹ID., ID.: ad.

¹⁹MANSILLA: Eugenium papam.

¹⁹ID y HAGENEDER: argumentis et rationibus.

¹⁹ID., ID.: pertinere.

¹⁹Constitutem. em borrado.

¹⁹MANSILLA y HAGENEDER: Zemorensibus.

¹⁹ID., ID.: acta.

²⁰MANSILLA: de.

²¹ID.: quo modo.-HAGENEDER: quomodo.

²²MANSILLA: appellandus.

²³ID. y HAGENEDER: Compostellanum.

²⁴MANSILLA: exsequendis.

²⁵ID y HAGENEDER: mandat.

²⁶ID., ID.: nollet cause.

²⁷ID., ID.: allegabas.

²⁸ID., ID.: ipsis suffraganei.

²⁹MANSILLA: hoc.

³⁰ID. y HAGENEDER: ipso.

³¹ID., ID.: persecutionem restituta.

³²Sobre legitum.

³³MANSILLA y HAGENEDER: Hispanie.

³⁴ID., ID.: spectabat.

³¹ID., ID.: hiis.

³²HAGENEDER: optineri.

³³ID. y MANSILLA: sed cum.

³⁴ID., ID.: primatia.

³⁵ID., ID.: Zamorensem.

³⁶ID., ID.: volebat.

³⁷MANSILLA: neque.

³⁸ID.: sui vocare.

³⁹ID. y HAGENEDER: ecclesia Zamorensis.

⁴⁰ID., ID.: infirmando in.

⁴¹HAGENEDER: inter.

⁴²ID. y MANSILLA: vicibus.

⁴³ID., ID.: pretaxatam.

⁴⁴ID., ID.: Compostellanus archiepiscopus.

⁴⁵HAGENEDER: nullatenus.

⁴⁶Repite non.

⁴⁷MANSILLA y HAGENEDER: preiudicium.

⁴⁸MANSILLA: falta per.

⁴⁹ID. y HAGENEDER: nullo.

⁵⁰ID., ID.: obsistere.

⁵¹ID., ID.: falta desde omnino hasta vestre.

⁵²ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.

⁵³ID., ID.: falta el año del pontificado.

[1199], julio, 12. Letrán.

Inocencio III ratifica la concordia hecha en
tiempo de Alejandro II por la que la iglesia y el
hospital de Cassina quedan libres después de la
muerte de los hermanos Visconti a la Iglesia de
Santiago salvo la jurisdicción del obispo de
Vercelli.

Fol. 246 r.v.¹

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 208.- LAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 134 (143), ambos según Reg. Vat. 4. fol 180 r.

REG.: MIGNE: P.L., vol 214, col. 669.- POTTHAST: Regesta, 2, nº 782.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pág. 14.²

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 28.

Inocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili
fratri^m Petro, archiepiscopo, et dilectis filiis^m decano et
capitulo Compostellano^m, salutem et apostolicam
benedictionem^m. Ea que in^r concordia vel iudicio statuuntur
in sua debent firmitate consistere ne alicuius debeant
presumpcione turbari apostolice auctoritatis robore

communiri. Eapropter vestris iustis postulationibus grato
concurrentes⁹ assensu, ad exemplar felicis recordationis
Alexandri pape, predecessoris nostri, concordiam que inter
vos et Willelum, vicecomitem, et Gualonem, filium eius,
Vercelenses cives, super hospitali et ecclesia Sancti Iacobi
de Cassina, mediante venerabili fratre nostro, Taurinensi¹⁰
episcopo, et dilecto filio Barduino¹¹, Mediolanensis
ecclesie canonico, facta dignoscitur¹² sicut de beneplacito
utriusque partis stabilita est et tuo, fratre¹³
archiepiscopi subsequente assensu firmata, et hinc inde
suscepta et hactenus observata, auctoritate vobis apostolica
confirmamus in¹⁴ presentis scripti patrocinio communimus.
Statuentes ut, sicut in autentico scripto ipsius
transactionis habetur, post decessum predicti¹⁵ Gualonis et
Iacobi, fratris¹⁶ eius, [nullus¹⁷ ius sive fundacionis
sive¹⁸ advocationis aut cuiuslibet]¹⁹ alterius rey²⁰
quisquam de cognitione²¹ eorum in predicta ecclesia vel
hospitale²² valeat vendicare, sed in potestate et regimine
Compostellane ecclesie, sine iniuria Vercelensis episcopi,
remaneant absolute. Preterea refutationem, quam super
fundacionis et advocationis vel alterius rei cuiuslibet²³,
quod sibi quocumque modo competente²⁴ videbatur, in prefata
ecclesia sive hospitali prefatus Willelmus pro se ei²⁵
heredibus suis per instrumentum publicum spontanea fecit,
ratam decernimus permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre²⁶ confirmationis et constitutionis
infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem attemptare presumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum²⁶.

Datum Laterani III idus iulii, pontificatus nostri anno secundo²⁷.

NOTAS

¹Otras copias Cfr. HAGENEDER, op. cit. ibidem.

²Otras regestas en HAGENEDER, op. cit., ibidem.

³MANSILLA y HAGENEDER: falta desde Inocencio hasta fratri.

⁴ID., ID.: falta et dilectis filiis.

⁵ID., ID.: Compostellanis.

⁶ID., ID.: falta desde salutem hasta benedictionem.

⁷ID., ID.: falta in.

⁸ID., ID.: falta desde statuuntur hasta concurrentes.

⁹HAGENEDER: Taurino.

¹⁰ID.: Arduino.- MANSILLA: Arcle.

¹¹ID., ID.: dinoſcitur.

¹²ID., ID.: frater.

¹³ID., ID.: et.

¹⁴Sobre predicta.

¹⁵Sobre fratres.

¹⁶HAGENEDER: nullum.

¹⁷ID.: seu.

- *¹Entre corchetes tomado de MANSILLA, por faltar y estar en blanco.
- *²MANSILLA y HAGENEDER: rei.
- *³ID., ID.: cognatione.
- *⁴ID., ID.: hospitali.
- *⁵MANSILLA: cuiuslibet rei.
- *⁶ID y HAGENEDER: competere.
- *⁷ID., ID.: et.
- *⁸ID., ID.: falta desde omnino hasta nostre.
- *⁹ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.
- *¹⁰ID., ID.: Datum ut supra.

[1199], julio, 14. Letrán.

Inocencio III confirma todas las posesiones y prerrogativas de la Iglesia de Santiago.

Fols. 262v.- 264 v.¹

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 212.- VAZQUEZ MARTINEZ:
Documentos pontificios, ap. X.- HAGENEDER: Inocencio III, nº
130 (139), los tres sobre Reg. Vat. 4, fol. 178 r.-179r.²

REG.: MIGNE: P.L., vol. 214, col. 6 .- POTTHAST, Regesta, I.

nº 793.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 33.- MANSILLA: Formación.

pág. 89.- ID.: Provincia bracarense, pag. 19.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili
fratri^m Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque
successoribus canonice substituendis, in perpetuum^t. In
eminenti apostolice sedis specula, disponente Domino,
constituti fratres nostros episcopos ex iniuncto nobis
apostolatus officio fraterna caritate diligere et ecclesiis
sibi a Deo commissis, suam^m debemus dignitatem et iusticiam
conservari. Eaporpter venerabilis in Christo frater Petre,
archiepiscope, rationabilibus tuis postulationibus gratum
impertientes (sic)^m assensum^t, ad exemplar predecessorum
nostrorum felicis memorie^a, Calixti, Anastasii, Alexandri et
Lucii, Romanorum pontificum, Compostellanam beati Iacobi
ecclesiam, cuius in ea venerandissimum corpus est positum.
apostolice sedis privilegio communimus et ob ipsius a Deo
electi apostoli reverentiam archiepiscopalnis cathedre
dignitatem, quam opulentissima quondam et famosi nominis
Emeritana civitas, priusquam peccatis exigentibus ab impia
sarracenorum tirannide possideretur, habuisse dinoscitur^m,
presentis scripti pagina in perpetuum^t confirmamus,
statuentes ut eadem^t Emeritana civitas, si ad potestatem
christianorum, Domino donante, redierit, episcopum habeat,
qui Compostellano archiepiscopo, sicut metropolitano suo,

debeat perpetuo subiacere. Omnem quoque pontificalis officii plenitudinem quam ipsius Emeritane ecclesie antistites antiquitus habuerunt. Composteliane presul ecclesie integre semper obtineat et quiete suffraganei vero episcopi Emeritane¹⁷ metropolis, qui per Lusitaniam provinciam vel modo sedes proprias obtinent vel in futurum per Domini misericordiam optinuerint. Salmanticensis videlicet Abulensis, Cauriensis, Civitatensis, Piacentina, Pacensis, Oxonomensis et preterea Lamecensis et Egitaniensis necnon Olixbonensis¹⁸ et Elborensis, sicut in nostris sententiis continetur. Compostellano archiepiscopo, cuius consecratio ad Romanam tantum spectat ecclesiam¹⁹ obedienciam et reveranciam (sic)²⁰, tamquam proprio metropolitano, prorsus exhibeant. Ipse autem illos²¹ consecrandi, ad sua concilia convocandi, cum ipsis etiam ecclesiastica negotia terminandi et eorum ecclesias disponendi auctoritate sedis apostolice liberam omnino habeat facultatem. Prohibemus autem ut nulli canonicorum eiusdem ecclesie beati Iacobi, qui ad aliarum ecclesiarum prelationem assumpti sunt vel in posterum assumentur, honorem vel prebendam seu canonicatum ut ipsa ecclesia liceat retinere, sed alia idonea persona in loco ipsius subrogetur, que ipsi ecclesie deserviat et eiusdem beneficium sortiatur. Illum etiam censum, qui vota dicitur, quem Hyspanorum²² catholici reges ex singulis boum paribus a flumine Pisorga usque ad mare occidentale et per totam Lusitaniam provinciam atque etiam in Toleto et Traserras²³ annuatim persolvendum pro salute tecius terre statuerunt

liberaliter²⁹. eidem ecclesie confirmamus et omnimodo³⁰ interdicimus, ut nulli umquam persone facultas³¹ sit eum ipsi ecclesie qualibet occasione subtrahere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci archiepiscopo vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur /nisi/ quem fratres communi consensu vel pars consilii senioris secundum Deum providerint eligendum³². Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem Compostellana ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis³³, Deo propitio, poterit adipisci, firma tui tuisque successoribus et illi lata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis³⁴: civitatem ipsam Compostellam, cum cauto suo, cum ecclesiis et monasteriis infra eam vel eius territorium constitutis, cum omni iure tam diocesano quam regali et cum terminis totius episcopatus: videlicet, cum archipresbyteratibus³⁵ de Morracio et de inter Ambos Pontes, de Montibus utrisque³⁶, de Taberiolis et de Ciria, de Pilonio et de Insula Laonii, de utroque Coronato, de Dormiani³⁷ et Superaddo et Aranga et Monte Iaurino, quomodo dividit cum Parrega, de Pruciis, et de Bisauciis, cum tota interiacente diocesi a castello Sancti Pelagii de Luto³⁸ usque ad Trasancos, monasteria quoque omnia et conventuales seu alias ecclesias infra hos terminos constitutas, cum omni iure parochiali, et que intra regalia beati Iacobi continentur, cum omni seu

patronatus^{**} seu alio iure. quod ad reges pertinuit^{**}; videlicet monasterium Sancti Pelagii de Antealtaria, monasterium Sancti Martini de Foris, ecclesiam Sancte Marie de Sare, monasterium Sancte Marie de Canogiu, monasterium Sancti Petri de Foris, monasterium Sancti Iusti de Luania, de monasterium de Superado^{**}, de Azivario, de Codeseda, de Mosonzo, de Ciniis, de Montefero^{**}, de Borgondo, de Nogaria, de Solandres, de Calavario, de Siavia, de Rivomalo, de Moriamae, de Ozon, de Savarde, de Portu Orii, de Nometi, de Ciutio^{**}, de Briviis, de Mecis, de Arches, et monasterium Sancti Iohannis de Cavea, Sancti Christofori^{**}, Sancti Veriximi, Sancti Georgii, Sancti Thome de Pinario et Sancti Iacobi de Ermello. Preterea regalem capellaniam et cancelliariam, quam bone memorie Alfonsus, illustris Hyspanie^{**} rex, ecclesie vestre concessit et scripti sui pagina reboravit; castrum quoque quod vocatur Honestum, et Iriam, cum servis et omnibus appendiciis suis; castrum quod vocatur Sancta Maria de Lanceata, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod vocatur Ciria, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Citofacta, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Cotobadi^{**}, cum pertinenciis suis; castrum Daravum, cum villis et ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Luparia, cum ecclesiis et pertinenciis suis; territo/rium/ quod vocatur Amaea, cum omnibus possessionibus quas ibi habe/s/^{**}; Pistomarcos, cum servis et possessionibus quas in eo

habetis: Bisetium, cum servis quos ibi habetis¹⁸: Dubriem,
cum possessionibus quas ibi habetis: Lamas, cum
pertinenciis suis: Lucrosam, cum servis et pertinenciis
suis: Montanos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi
habetis¹⁹; Cornatum²⁰, cum possessionibus quas ibi habetis:
Ventosam, cum Insula de Laonic: Montes quos quamdoque
Suarius Froile a vestra ecclesia tenuit, cum altera
medietate, integros: burgum de Ponte Veteri, cum
pertinenciis suis: Taveiriolos, cum ecclesiis et
possessionibus quas ibi habetis; Ripam Ulie²¹, cum ecclesiis
et possessionibus quas ibi habetis; Deciam, cum
possessionibus et ecclesiis regalibus et omnibus
pertinenciis suis: terram de Superaddo integrum, cum
pertinenciis suis: in eadem Decia monasterium Sancti
Laurencii de Carbonario, quod²² ecclesie Composteliane
secundum ius patronatus adiudicatum fuit²³ per sentenciam
dilecti filii nostri Gregorii, quondam²⁴ Gregorii Sancti
Angeli²⁵ diaconi cardinalis, tunc apostolice sedis legati;
medietatem burgi de Faro, cum pedagio navium et iuri fisci;
vilas de Ceeya²⁶ in Nemancos, et de Oca in Bregantinos²⁷, de
Leiloio in Searia, de Avegondo, Piavela, Deio, Luvre²⁸ et de
Rivis²⁹ in Endis, de Toovre in Pruciis cum cautis, ecclesiis
et pertinenciis suis; et alias ecclesias seu possessiones
quas iur³⁰ proprietatis extra fines regalium vestrorum per
eundem episcopatum habetis. In episcopatu quoque
Minduniensi, ecclesiam Sancti Laurentii de Arbore, cum
cauto³¹ quod dicitur Villa de Maures, et Villam Petri, cum

ecclesia sua; et ecclesias de Rivo Averso et Sancte Eolalie
Alte et de Radigosa et Sancte Marie de Turre et Sancti
Martini de Palaciis, cum omnibus pertinenciis suis. In
episcopatu Lucensi, villas de Recelli et de Cesa. In
episcopatu Auriensi, villas de Amarante, de Iovin et de Vite
et de Villari Regis et medietatem Souti de Parata. In
episcopatu Tudensi, caustum⁵⁷ quod dicitur de Molis, cum
omnibus ecclesiis intra⁵⁸ ipsum contentis, et monasterium de
Cella et villas de Lazcoiro, Baldranes et Lamamala⁵⁹ et
Nugaria. In episcopatu Bracharensi villas de Corneliana⁶⁰,
cum ecclesiis suis, et Moaci et Gandufi⁶¹, cum montibus,
exitibus et pertinenciis suis. In Valle Carceris, hospitale
quod dicitur Anglorum, cum ecclesia sua, et aliam ecclesiam
que ipsi ex eadem parte superiacet, et villas de Tabladelo
et de Parata. In episcopatu Asturicensi villas de
Cacabellis⁶², cum ecclesia sua, et de Carvallal et ecclesiam
Sancti Iacobi de Requeixo de Sanabria⁶³. In episcopatu
Legionensi, domos⁶⁴ que fuerunt⁶⁵ archidiaconi Thome, in
ipsa civitate; villam de Ledigos, cum ecclesia sua et partem
ville de Furones⁶⁶, cum omni iure quod habetis in ecclesia;
in ripa Estole villam Alexis, et villam Leandri, cum
ecclesiis suis; et iuxta monasterium Sancti Facundi, villam
Cerame. In episcopatu Palentino, ecclesiam Sancti Michaelis
de Valloria, et villam dictam Savugelo de Raaces, cum
pertinenciis suis et omni iure regali, sicut Alfonsus⁶⁷,
illustris Castellanorum rex, ecclesie beati Iacobi eam
donasse dinoscitur. In episcopatu Ovetensi, in villa

Quexida^{**}, omnes ecclesias. Et in Benevento ecclesiam Sancte Marie de Ventosa. In Asturiis, ecclesias Sancti Iohannis de Cerreda et villam Armillum, cum hospitali, quod est in strata, cum montibus et omnibus pertinenciis suis. In episcopatu Zamorensi, vilas et ecclesias de Arquilinis et de Arcos et ecclesiam Sancti Iacobi de Zamora, vilas de Palaciis et de Spino et de Aldeola, cum ecclesiis suis. In episcopatu Salamantino, villam de Munigno Asnar, cum ecclesia^{**} sua et villam que dicitur Ecla, et villam Bilvestre, cum iure regali, et ecclesiam Sancti Martini de Ledesma et alias ecclesias vel possessiones quas in predictis episcopatibus habetis. In episcopatu Cauriensi, castrum quod dicitur Attalaia Pelagii Velidiz^{**}, cum terminis suis, et ecclesiam de Granata que dicitur Sancti Iacobi, cum domibus et piscariis et aliis possessionibus quas ibi acquisistis^{**}. Ecclesias quoque et possessiones quas^{**} Vasconia et in Italia et in aliis partibus orbis per diversos episcopatus habetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura^{**}, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi

reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat remque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. amen, amen.

(R.)^{et} Ego Inocentius, catholice ecclesie episcope, ss.

(BN.)

(1^a col.) Ego Octavianus, Hostiensis et Velletrensis episcopus, ss.- Ego Petrus, Portuensis et Sancte Rufine episcopus, ss.- Ego Iohannes, Albaniensis episcopus, ss.

(2^a col.) Ego Pandus, basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis, ss.- Ego Petrus, tituli Sancte Cecilie, presbiter cardinalis, ss.- Ego Guido, Sancte Marie Transtyberum, tituli Calixti, presbiteri cardinalis, ss.- Ego Hugus, presbiter cardinalis Sancti Martini, tituli Equitii, ss.- Ego Cinthus, tituli Sancti Laurentii in Lucina, presbiter cardinalis, ss.- Ego Bernardus, Sancti Petri ad Vincula, presbiter tituli Eudoxie, ss.- Ego Soffredus, tituli Sancte Praxedis, presbiter cardinalis, ss.- Ego Iohannes, tituli Sancte Prisce, presbiter cardinalis, ss.

(3^a col.) Ego Gerardus, Sancti Adriani, diaconus cardinalis, ss.- Ego Gregorius, Sancte Marie in Porticu.

diaconus cardinalis, ss.- Ego Gregorius, Sancte Marie in
Aquiero, diaconus cardinalis, ss.- Ego Gregorius, Sancti
Georgii ad Vellum Autem, diaconus cardinalis, ss.- Ego
Gregorius, Sancti Angeli, diaconus cardinalis, ss.- Ego
Centius, Sancte Lucie in Horrea, diaconus cardinalis, ss.-
Ego Hugo, Sancti Eustachii, diaconus cardinalis, ss.⁷⁹

Datum Laterani per manum Rinaldi, Acheruntini
archiepiscopi, cancellarii vicem agentis, II^o idus iulii,
indictione II^o, Incarnationis Domitice anno M^o C^o XX^o
VIII^o, pontificatus vero domini innocentii pape III^o anno
secundo.

NOTAS

¹Vid otras copiasn en HAGENADER, op cit, ibidem.

²Otras regestas menos asequibles en ID., ibidem.

³HAGENEDER y MANSILLA: falta desde Innocentius hasta fratri.

⁴VAZQUEZ MARTINEZ: falta desde Innocentius hasta in perpetuum.

⁵Repite suam.

⁶VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta desde fratres
hasta in pertinentes.

⁷VAZQUEZ MARTINEZ: assensu.

⁸MANSILLA y HAGENEDER: recordationis.

⁹ID. y VAZQUEZ MARTINEZ: dignoscitur.

¹⁰ID., ID. y HAGENEDER: in perpetuum.

1^o MANSILLA: eidem.

2^o VAZQUEZ MARTINEZ: Emeritanensis.

3^o ID., y MANSILLA: Glixbonensis.

4^o ID., ID.: ecclesiam expectat,

5^o ID., ID., y HAGENEDER: reverentiam.

6^o MANSILLA: ipsos.

7^o ID., VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Hispanorum.

8^o ID., ID., ID.: Transseruum.

9^o ID., ID., ID.: eidem liberaliter.

10^o VAZQUEZ MARTINEZ: omni modis.

11^o ID.: unquam fas. MANSILLA: unquam persone fas. - HAGENEDER: fas.

12^o ID., ID., ID.: falta desde nunc hasta eligendum.

13^o Repetido modis y borrado por expuntuación.

14^o VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta desde quecumque hasta exprimenda.

15^o ID., ID., ID.: archipresbyteratibus.

16^o VAZQUEZ MARTINEZ: utriusque.

17^o ID., y HAGENEDER: Dorman.

18^o ID., ID.: Luco.

19^o VAZQUEZ MARTINEZ: patronatu.

20^o MANSILLA: pertineat.

21^o ID., VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Superaddo.

22^o VAZQUEZ MARTINEZ: Monteferro.

23^o ID.: Civitio.

24^o ID., y MANSILLA: Christophori.

25^o VAZQUEZ MARTINEZ: Hispaniae.

²⁶ ID.: Cothobadi.

²⁷ Habes y borrado tis por expuntación.

²⁸ MANSILLA: habes.

²⁹ ID.: habes.

³⁰ VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Coronatum.

³¹ VAZQUEZ MARTINEZ: Ulian.

³² Al margen desde in hasta quod.

³³ Al margen adiudicatum fuit: VAZQUEZ y MANSILLA: est.

³⁴ VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta Gregorii
nostri quondam.

³⁵ Al margen desde quondam hasta angeli.

³⁶ VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: Ceeia.

³⁷ VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Bregantin.

³⁸ ID., ID. y MANSILLA: Seia. de Avegundo. Piaveladegio.
Liure.

³⁹ VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Ruis.

⁴⁰ VAZQUEZ MARTINEZ: cuntis.

⁴¹ ID.: Castro.

⁴² ID.: castrum.

⁴³ ID.: infra.

⁴⁴ ID., MANSILLA y HAGENEDER: Lamaala.

⁴⁵ VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Cornelian.

⁴⁶ VAZQUEZ MARTINEZ: Gondusi.

⁴⁷ ID., y HAGENEDER: Cacavelli.

⁴⁸ VAZQUEZ MARTINEZ: Sanabris.

⁴⁹ ID.: falta domos.

⁵⁰ ID.: fecerunt.

* ID.: Turones.

* ID. y MANSILLA: Alphonsus.

* ID., ID. y HAGENEDER: Olersida.

* VAZQUEZ MARTINEZ: ecclesiis.

* ID.: videlicet.

* ID.: acquisitistis.

* ID.: quas in.

* ID., MANSILLA y HAGENEDER: falta desde ut hasta profutura.

*+ Fac mecum, Domine, signum in bonum. Sanctus Petrus.

Sanctus Paulus. Innocentius papa III.

* VAZQUEZ MARTINEZ. MANSILLA y HAGENEDER: falta desde in futurum hasta cardinalis.

* VAZQUEZ MARTINEZ: secundo.

* ID.: secunda.

* MANSILLA: Mo Co XCVIII.-VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Mo

Co XCIX.

1200, diciembre, 12. Villafranca del Bierzo.

Alfonso IX acota el monte Bustos Mayor en favor de
la catedral de Santiago.

Fol. 10 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 145.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX., I, págs. 253. 58-539 y 541-542.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gracia rex Legionis et
Gallecie, per hanc cartam notum facio¹ universis,
presentibus et futuris, quod sic incauto Deo et ecclesie
beati Iacobi et domino Petro, eiusdem sedis reverendo
archiepiscopo, et suis successoribus, imperpetuum², illum
suum montem de Busto Maiori, quod nullus ab hanc diem³
regiam vocem tenens vel⁴ alius in ipso monte ei contrarium
aliquod facere audeat, vel impedimentum predictum unquam⁵
montem, cum omnibus suis cautis et cum omnibus suis
pertinenciis et directuris ei incauto ut sibi liceat in eo
populationem de novo facere⁶ et quicquid sibi et ecclesie
sue intellexerit profuturum.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc
cartam incautacionis mee infringere vel violare modo aliquo
ausus fuerit, iram Dei habeat et maledicionem et regiam
indignationem incurrat, et quod invaserit in duplum
componat, et pro ausu temerario regie voci et predicte
ecclesie duo millia aureorum persolvere compellatur.

Facta carta apud Villamfrancam in Bergido, pridie idus
decembris, era Ma CC⁹ XXXa VIIIa. Regnante rege domno
Alfonso Legione, Gallega, Asturiis et Extrematura⁸.

(la col.) Mauricio, Legionensi episcopo.- Iohanne,
Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoriensi⁷ episcopo.- Ruderico,
Lucensi episcopo.- Martinc, Cemorensi episcopo.- Guncalvo⁹,

Salamantino episcopo.

(Signo Rodado)¹¹.

(2a col.) Comite Gomez, tenente Trastamar¹², Sarriam et
Monten Rosum.- Eius filio Velascus Gomez, tenente Montem
Nigrum et Chamosum.- Ruderico Petri, tenente Extrematuram,
Cemoram¹³ et Taurum.- Gunzalvo¹⁴ Iohannis, tenente Limiem.-
Fernando Garsie, regis maiordomo.- Nuno Nuniz, tenente
Lemos.- Muniz Ruderici, regis signifer¹⁵.

Domno Petro Velle, cancellario domini regis. Adefonsus
scripsit.

NOTAS

¹Borrado por expuntución uni, repetido.

²GONZALEZ: in perpetuum.

³ID.: die.

⁴ID.: nec.

⁵ID.: inquam.

⁶ID.: porulationem.

⁷ID.: facere.

⁸ID.: Strematura.

⁹ID.: Astoricensi.

¹⁰ID.: Gundisalvo.

¹¹Signum Adefonsi regis Legionis.

¹²GONZALEZ: Trastamarem.

COLECCION DOCUMENTAL. II.

* ID.: Zamoram.

1^a ID.: Gundisalvo.

1^s ID.: Munius.

89

1204. setiembre. 19. Allariz.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la aldea de
Cadalso.

Fol. 103 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 187.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 36.- GONZALEZ: Alfonso
IX, I, págs. 268 y 323.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Quoniam
regis catholici interest cathedralis regni sui ecclesias
diligere, tueri ac venerari, necnon de possessionibus et de
affluentiis suis eas copiose ditare, ut terrena largiendo
eterna valeat adipisci. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia
rex Legionis et Gallicie, per hoc scriptum perpetuo
duraturum notum facio presentibus et futuris quod do et
hereditario iure concedo Deo et ecclesie Sancti

gloriosissimi apostoli Iacobi et vobis domino Petro, eiusdem ecclesie archiepiscopo, et successoribus vestris, in perpetuum, illam aldeam regalengam in Arrago, que aldea dicitur Cadafausus, et est in territorio Cauria. Deo inquam ipsam aldeam per suos terminos et divisiones ubicumque potuerint reperiri. Hoc autem facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et avorum meorum, recognoscendo bona que mihi per intercessionem gloriosissimi apostoli Iacobi evenerunt, et quia in orationibus que in predicta ecclesia Deo iugiter exhibentur eo largiente, qui docet mites vias suas, partem desidero promereri.

Si quis igitur tam de genere meo quam de extraneo hanc cartam donationis infringere vel revocare modo aliquo attemptaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit in duplum componat, et pro temerario ausu regie parti et ecclesie Sancti Iacobi mille aureos pectare cogatur, et tandem cum Iuda, Domini traditore, et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno.

Facta carta apud Allariz, XIII kalendas octobris, era M^a CC^a XLII^a.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Petro III^o, Compostellano archiepiscopo.- Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.- Gunsalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi

episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Ruderico, Lucensi
episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.

(Siglo no rodado)

(2a col.) Didaco Lupi, tenente Asturias, Sarriam, Montem
Nigrum et Taurum.- Petro Fernandi Castellano, regis
maiordomo, tenente Extrematuram.- Gunzalvo Nunez, tenente
Transtamarem, Montem Rosum et Lemos.- Fernando Guterri,
tenente Limiam.- Laurencio Suariz, regis signifero.

Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario
existente. Petrus Petri, regis notarius, scripsit.

90

1204, noviembre, 11. Santiago.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago el realengo
de Rego a cambio de una heredad en Melgar, que habia
dado al monasterio de Valdedios.

Fols. 107 v.-108 r.¹

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 194.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 37.- GONZALEZ: Alfonso
IX, I, pags 119-120 y 405.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.
Quoniam regis catholici interest sancta loca et cathedrales proprii regni ecclesias tota mentis devotione diligere ac venerari, et maxime illam a qua tota eius regio splendet et speciali honore precipue decoratur, cui, si quicquam in parte aliqua sit subtractum ei^m hoc ipsum debet decenter reconpensari. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, per hoc scriptum perpetuo valitulum notum facio presentibus et futuris quod do et hereditario iure concedo Deo et ecclesie Sancti Iacobi et vobis, domne Petre, eiusdem sedis archiepiscopo, ac vestris successoribus, in perpetuum, quantum ad regiam pertinet vocem in aldea illa de Rego, que est circa Barrentos, tam in sernis et aliis hereditatibus quam in aliis foris et consuetudinibus, sicut ad regiam omnia ibi pertinet vocem, per suos terminos et antiquas divisiones, in concambium, inquam, hereditatis de Melgar, de termino Valentie. Predictum regalengum vobis concedo que^m prius vobis et ecclesie beati Iacobi concessa fuerat et a me est postmodum concessa monasterio de Valle Dei.

Si quis igitur de genere meo vel de alieno hanc cartam vobis et successoribus vestris in aliquo voluerit violare et hoc factum meum revocare temptaverit vel cassare, iram Dei et maledictionem habeat et regiam indignationem incurrat, et quod invaserit in duplum restituat, et pro temerario ausu tria milia morabitinorum perso^vat, carta nichilomirus in suo robore permanente, et tandem cum Iuda, Domini traditore, et Datam et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat

perpetuas in inferno.

Facta carta Compostelle, III idus novembris, sub era M CC
XLII. Regnante rege domino Adefonso Legione, Gallecia,
Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Mauricio, Legionensi episcopo.- Iohanne,
Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino,
Cemorensi episcopo.- Gunsalvo, Salamantino episcopo.-
Roderico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.-
Adefonso, Auriensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.-
Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).^a

(1a col.) Comite domno Gomez, tenente Transtamarem.-
Domno Didaco Lupi, tenente terram Legionis et Asturias.-
Domno Petro Fernandi, rege maiordomo, Extrematuram et
Transerram.- Gunsalvo Nuni, Montem Rosum et Lemos et partem
Transtamaris.- Fernando Guterri, Limiam.- Nuno Nuni,
Toronium.- Fernando Fernandi, Cemoram et Villam Fafilem et
Alcaniz.- Alvaro Roderici, Legionem et Pontes de Ferro,
Tedra et Alvam.- Laurencio Suariz, regis signifero et
Vaabiam.- Ruderico Fernandi, Trivis et Caldelas.- Roderico
Ordonii, regis maiorino.

Martinus Nuni de mandato domini Froile scripsit. Fernando,
compostellanus decano tunc existente regis cancellario.

NOTAS

*Original en SANTIAGO. A.C.

“GONZALEZ: ei.

“ID.: quia.

“Signum Adefonsi regis Legionis.

“GONZALEZ: Trives.

“ID.: cancellario.

91

1204. noviembre. 11. Santiago.

Alfonso IX se reconcilia con los canónigos de Santiago y les restituye la cuarta parte de unas viñas en Ribadavia, recibiendo en robra doscientos marcos.

Fols. 172 v.-173 r. y 176 r.-177 r., en confirmación de Fernando III de 1232, febrero, 26.

ED.: DE MANUEL: Memorias, pags 398-400, según la confirmación de Fernando III.- LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. VI, incompleto.- GONZALEZ: Alfonso IX. II., nº 193.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 35-37.- GONZALEZ:
Alfonso IX, I, págs 323 y 420.- POPTELA PAZOS: Decanologio,
págs. 84-85.

(Christus).¹ In nomine Domini nostri Ihesu Christi².
amen. Ego Adefonsus³, Dei miseratione rex Legionis et
Gallecie, quamvis non quantas debeo, quantas tam⁴ possum
gratias ago Domino Deo qui mihi tribuit intellectum, ut et
videre valeam a quibus me liberaverit malis et agnoscere
possim que bona mihi ac regno meo conferre dignatus fuerit,
nullis meis exigentibus meritis, sed sola gloriosissimi
apostoli Iacobi intercessione cuius reverentissimum corpus
Compostellanam ecclesiam sua presencia sublimiter decoravit
nam sicut apud universos Christi fideles per eum gloria
regno nostro cumulatur in dies singulos, sic et eius
patrocinio ad omnes casus indesinenter nos protegi, et nos
ipsi certis probavimus experimentis et parentum nostrorum
exempla sufficienter nos docuerunt, qui pro plurimis ab eo
mirabiliter perceptis beneficiis temporalibus⁵,
retributionibus suis eius ecclesiam magnifice sublimare
studuerunt, electis ibi sepulturis, inde saluti sue⁶ futura⁷
remedia sperantes, unde certi fuerant temporaliter etiam se
fuisse premunitos. Nos quoque, licet inmeriti, ei
recognoscimus quod inter ambiguos nostri sublimationis casus
eius miseratione in paterni regni solio repositi sumus, et
contra plurimos hactenus incursus suo sumus patrocinio

protecti. Qui nobis misericorditer obtinuit a Domino ut
relicta iuventutis et ignorancias nostris dato spiritu
conpunctionis dignaretur oblivisci; inter que delicta non
modicum reputavimus quod, adversus sacratissime matris
nostre eiusdem apostoli ecclesie reverendum conventum,
suggerente salutis nostre adversario, non modicam licet
indebitam conceperamus offensam, non attendentes adhuc quod,
probatio nostre erga apostolum devotionis, exhibitio esse
honoris ad eos qui, cotidianis² eius laudibus mancipati,
cotidianis instant¹⁰ orationibus pro nostra et regni nostri
omniumque salute. Unde inter cetera nobis ad¹¹ eodem
apostolo collata bona, maximum et hoc reputamus. quod eius
beneficio inducti sumus recognoscere, quantum nos, qui
specialius tenemur, diligere debeamus et revereri quos
universe christianitatis¹² principes et populi non desistunt
cum summa devotione venerari. Presenti igitur scripto
presentibus volumus ut innotescat et futuris. quod, caciente
per gratiam suam Domino, omni prorsus precedentis offense
caligine de corde nostro detersa¹³, integrum eidem conventui
dilectionis nostre gratiam reformamus eorum nobis ac regno
nostro suppliciter orationum suffragia deposcentes. In
signum vero pure ac plene reconciliationis nostre,
restituimus eis¹⁴ quartas partes fructuum illarum vinearum,
quas homines de burgo de Rippa Avie, dicto Villa Regis, vel
quilibet¹⁵ alii coluerunt, colunt et colent in termino illo
cellarii mei de Castrelo, qui est inter Quinzanam¹⁶ et
predictum burgum de Rippa Avie, quas quartas partes

dederamus eis, cum ante ipsi^z apostoli tumbam^z, de reverentissimo ipsius altari militie cingulo fuimus insigniti. Confitemur autem, cum gratiarum actione, nos ab illis recepisse nomine roborationis huius carte^z ducentas^z marchas argenti. Hanc autem donationem prius et restitutionem^z nunc factam ita volumus firmam et inconcussam deinceps permanere, quod eam super^z sanctum altare eiusdem apostoli manibus nostris firmavimus, et firmantes obtulimus ut nulli umquam de genere nostro vel de^z extraneo eam violare aut revocare^z liceat.

Si quis igitur eam^z revocare aut infringere attemptaverit, iram Dei omnipotentis et beati apostoli Iacobi habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit in^z duplum restituat, et pro temerario ausu regie parti et ecclesie Sancti Iacobi decem milia morabitinos pectare cogatur, et tandem cum Iuda Domini preditore et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno^z.

Facta carta apud Sanctum Iacobum. III^z idus novembris.
era Ma CC^z XLIIa.

Ego rex Adefonsus hanc certam quam fieri iussi roboro et confirmo et signo et sigillo meo communio.

(la col.) Petro II^z, Compostellano archiepiscopo.- Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Ruderico^z, Lucensi

episcopo.- Adefonso. Auriensi episcopo.- Pelagio,
Minduniensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.

(Signe rodado)²⁹.

(2a col.) Comite Gomez, domini regis vassallo, tenente
Transtamarem.- Didaco Lupi, tenente Asturias, Sarriam et
Montem Nigrum et Taurum.- Petro Fernandi Castellano, regis
maiordomo, tenente Extrematuram et Transserratam.- Gundisalvo
Nuniz, tenente Montem Rosum et Lemos.- Fernando Guterii,
tenente Limiam.- Fernando Fernandi de Bragancia, tenente
Cemoram et Villam Fafilem.- Laurentio Suarii, domini regis
signifero.- Ruderico Aprilis, tenente Mansellam.- Alvaro
Ruderici, tenente Legionem, Beneventum³⁰ et Pontes de
Ferro.- Ruderico Fernandi, tenente Trives et Caldelas.-
Ordonio Alvariz, tenente Sierium et Casum.- Ruderico³¹
Ordonii, meirino regis maiore.

Froila, domini regis vicecancellario, presente, Fernando
Compostellano decano, domini regis cancellario, Petrus
Petri, regis notarius, scripsit.

NOTAS

¹GONZALEZ: falta el crismón.

²LOPEZ FERREIRO: nostri xpisti.- GONZALEZ: falta Ihesu.

³En conf.: Aldefonsus.

⁴GONZALEZ: tamen.

*ID. y LOPEZ FERREIRO: temporabitibus.

*LOPEZ FERREIRO: falta sue.

*En conf.: futuram.

*DE MANUEL: miserationi patrii.

*ID.: quotidianis.

*ID.: quotidianis instanti.

*GONZALEZ: ab.

*LOPEZ FERREIRO: xristianitatis.

*DE MANUEL: meo de tertia.

*GONZALEZ: ei.

*ID.: qualibet et.

*DE MANUEL: Quintanam.

*En conf.: ipsius.

*GONZALEZ: tumulum.

*En conf.: karte.

*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: CC.

*En conf.: institutionem.

*En conf. y DE MANUEL: si per.

*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: falta de.

*DE MANUEL: aut revocare.

*ID.: falta in.

*LOPEZ FERREIRO: falta desde igitur hasta inferno.

*DE MANUEL: tertio.

*GONZALEZ: Rusderico.

*Signum Adefonsi regis Legionis.

*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: Benevento.

*GONZALEZ: Benedito.

1205, enero, 23. Salamanca.

Alfonso IX ratifica la donación del relaengo de
Rego a la catedral de Santiago y le añade unas casas
en Astorga.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 196.

CT.: LOPEZ FERREIRO: Historia Catedral. V. pág. 37.-

GONZALEZ: Alfonso IX. I. pág. 121.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen.
Quoniā ea que in presenti agibus firma volumus perpetuo et
inconcussa permanere. Iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex
Legionis et Gallecie, per hoc scriptum perpetuo duraturum
notum facio presentibus et futuris quod do^t in concambium
ecclesie Sancti Iacobi et vobis domno Petro, eiusdem
ecclesie reverendo arch. episcopo, vestrisque successoribus
in perpetuum, pr̄ hereditate de Melgar, que vestra erat, in
termino de Valentia, quam ego dedi monasterio de Valle Dei.
Do, inquam, in concambium predicte hereditatis illud meum
regaiengum de Rego, cum omnibus suis foris, directuris et
pertinenciis, et regales domos meas que sunt ntra muros de

Astorica, cum omnibus exitibus suis et pertinencias intus et extra.

... quis igitur de genere meo vel de extraneo hanc cartam concambii irritare aut revocare nullo aliquo attempaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem incurrit, et si quid invaserit in duplum vobis cōponat, et pro temerario ausu regie parti mille morabetinos persolvat. carta semper in suo robore permanente, et tandem cum Iuda Domini traditore et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno.

Facta carta apud Salamanacam X kalendas februarii, era Ma CCa XLIII.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigilli mei appositione communio.

(1^a col.) Petro III^o. Compostellano episcopo.- Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Pelasio, Mindunensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.- Martino, Cemorensi.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).

(2^a col.). Domno Didaco Lupi, tenente Asturias et Taurum.- Lupo Didaci, tenente Extrematuram.- Gundisalvo Munii, tenente Lemos. Montem Rosum et Tiinstamarom.- Fernando Guterri, tenente Limiam.- Alvaro Ruderici, tenente Legionem, Beneventum et Astoricam.- fernando Gunsalvi^o.

tenente Maioricam et Villarpandum.- Laurencio Suariz, regis maierdomo.- Gonçalvo Gomez, regis signifero.- Ruderico Aprilis, tenente Mansellam.- Fernando Fernandi, tenente Cemoram^o.- Ordonio Alvari, tenente Sierium et Casum.- Ruderico Ordonii, existente merino regis.

Petrus Petri, regis notarius. scripsit. Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario^o existente.

NOTAS

¹ Repite do.

² Repetido.

³ Signum Adefonsi regis Legionis.

⁴ GONZALEZ: Gundisalvi.

⁵ ID.: Cemoram.

⁶ ID.: cancellario.

1205. marzo, 25. Toro.

Alfonso IX cambia con la Iglesia de Santiago la aldea de Cadalso por la de Pujioenriostro y otros bienes.

Fols.: 23 v.-24 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 198.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. pág. 37.- GONZALEZ: Alfonso IX. I. págs. 121 y 268.

(Christus.) in De nomine. Quoniam ea que in presenti agimus firma volumus perpetuo et inconcusa permanere. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, per hoc scriptum semper valitulum rotum fieri volo presentibus et futuris, quod ecclesie Sancti Iacobi et **vobis** domno Petro, eiusdem ecclesie reverendo archiepiscopo, vestrisque successoribus imperpetuum¹, pro aldea que dicitur Cadafal, in termino de Cauria, que hereditas vestra erat et nunc do eam fratribus de Pirario. Do, inquam, **vobis** in concambium pro ea decem iugarias in dicta aldea de Cadafalso, in bono loco, iuxta villam, et quod habeatis bonam partem in fluvio; et preterea do **vobis** in ipso concambio aldeam illam que dicitur Pugnus ad Rostrum, in Arrago, in termino de Cauria, ut ista supradicta habeatis cum totis suis pertinenciis et directuris et de cetero totum velie vestrum de eis sicut de aliis hereditatibus vestris faciatis.

Quicumque igitur sive sit de genere meo sive de alieno han cartam concambii revocare vel irritare modo aliquo

attemptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignacionem incurrat, et si quid invaserit in duplum vobis restituat, et pro temerario ausu regi parti in penam tria milia morabetinos pectare cogatur et tandem cum Iuda Domini traditore et cum Datian et Abiron, quos vivos terra absorbuit, pennas luat perpetuas in inferno, et carta ista semper obtineat robur.

Facta carta apud Taurum, VIII kalendas aprilis, era Ma CCæ XLIII.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1^a col.) Petro III. Compostellano archiepiscopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Martino, Zemorensi episcopo.- Gunçalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).

(2^a col.) Domno Didaco Lupi, tenente Asturias et Taurum.- Laurencio Suarri, regis maiordomus.- Lupo Didaci, tenente Extrematuram.- Gundisalvo Nuniz, tenente Trastamaram et Montem Resum.- Fernando Guterrii, tenente Limiam.- Alvaro Ruderici, tenente Legionem et Astoricam.- Gunzalvo Gomez, regis signifero.- Fernando Fernandi, tenente Zemoram.- Ruderico Vermudi, tenente Cauriam.

Petrus Petri, regis notarius, scripsit. Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario existente.

NOTAS

* CONZALEZ: in perpetuum.

* ID.: aldea illa.

* Signum Adefonsi regis Legionis.

94

[1206], abril, 1. Roma, San Pedro.

Inocencio III da instrucciones a los obispos de Zamora y Salamanca sobre el modo de pagar los votos de Santiago.

Fol. 242 r.v.

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 335, con fecha 1206, marzo, 23, según Reg. Vat. 7, fol. 78 v.

REG.: MANSILLA: Inocencio III, nº 337, indicando que debe ser el mismo que el nº 335.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pags. 27-28.

Innocencius (sic) episcopus, servus servorum Dei.
Venerabilibus fratribus Zemorensis et Salamantinus episcopis,
salutem et apostoloicar benedictionem.¹ Ex parte venerabilis
fratris nostri Compostellani archiepiscopi fuit propositum
coram nobis quod cum hii qui vota beati Iacobi continue
persolverunt, ad communem mensuram terre sue, cum qua,
videlicet emunt et vendunt, ipsa solverint hactenus et
persolvant, quidam, quia longis retro temporibus ad eorum
solucionem cessarunt. nunc per vos apostolice sedis
auctoritate adolucionem eorundem coacti, quandam mensuram
parvissimam et ignotam nec etiam communibus usibus deputatam
exhibent, ad eandem vota predicta solvere monuntur²; unde
postullavit³ a nobis ut super hoc vos certos reddere
dignaremur utrum hii, qui mensuram prenominatam⁴ exhibent ad
solvendum ut⁵ prescripta, sint ad communem sue terre
mensuram secundum quod illi, qui ea solverunt continue,
faciunt compeliendi. Cum ergo non constet ad quam mensuram
antecessores eorum prescripta vota persolverit⁶, credimus
distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ea
continue persolverunt, ad unam et eandem mensuram huiusmodi
vota persolvant, an ad varias et diversas; si enim
communiter omnes una et eadem mensura in solucione votorum
utuntur ad eandem et illi solvere⁷ cogendi: quod si communis
solucio per mensuram distinguntur⁸ varias et diversas, et
illi volunt solvere ad minorem, non sunt utique compellendi,
ut ad maiorem persolvant, quoniam, cum huiusmodi vota

gratuita fuerint ab inicio, benignius sunt, a viris ecclesiasticis exigenda, ne, tamquam exactores minum^{us} videantur lucris temporalibus inhiare.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum^o, kalendas aprilis, pontificatus nostri^o anno nono.

NOTAS

¹MANSILLA: falta desde Innocencius hasta benedictionem.

²ID.: moliuntur.

³ID.: postularunt.

⁴ID.: ignotam.

⁵ID.: vota.

⁶ID.: persolverint.

⁷ID.: solvere sunt.

⁸ID.: mensuras distinguitur.

⁹ID.: nimium.

¹⁰ID.: X.

¹¹ID.: falta pontificatus nostri.

Alfonso IX acota el monasterio de San Miguel de
Couselo.

Fols. 54 v.-55 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 207.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et
Gallecie, per hoc scriptum perpetuo duraturum notum facio,
presentibus et futuris, quod incauto monasterium Sancti
Michaelis de Couselo per suos terminos et divisiones
ubicumque potuerint inveniri. Hoc autem facio pro remedio
anime meae et animarum patris meis et avorum meorum, et quia
de orationibus et obsequiis que in predicto monasterio Deo
iugiter exhibentur eo largiente partem desidero promererri.

Si quis igitur tam de genere meo quam de extraneo contra
hoc factum meum venire presumpserit et hanc cartam meam
infringere modo aliquo attemptaverit, iram Dei habeat et
regiam indignationem incurrat, et pro ausu temerario regie
parti in penam mille morabetinos pectare cogatur, carta in
suo robore permanente.

Et ego rex dominus Alfonso han cartam quam fieri iussi
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

Festa carta apud Sanctum Iacobum, IIII^o nonas madii, era
Ma CC XLIIIId. Regnante rege domino Adelmo, in Legione,
Gallecia, Asturiis et Extrematura.

Gonzalvo Nunez tenente Montem Rosum et Lemos.- Gonzalvo

Iohannis, tenente Limiam.- Nuno Nunez, tenente Toronium.-
Rudrico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.-
Adefonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.
Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario.

96

1207, febrero, 8. Santiago.

Constitución capitular sobre los estudios.

Fols. 143 v.-144 r. Incluye otra constitución similar de
1169, julio, 30.

Sub Christi nomine. Quoniam thesaurus incomparabilis est
sentencia utpote que mentes informat, illustrat corpora et
habentibus eam est gloria inestimabilis atque appetentibus
eam emulacio laudabilis, ut ad ipsam perveniatur est summo
opere providendi. sicut enim qui in tenebris ambulat nescit
quo vadat et in athonus ducuit offendiculum sic qui
ignorantie obnubilatur celagine laqueo irrecitur de facili
et in foveam incidit, quam non precavit. Quantum autem
decoris afferat ecclesiis Lei et illis precipue que precipuo
sunt honore predicte lictante prerrogativa et scienciarum
excellencia nemo est. sic ignarus ut nesciat nemo sic
nescius ut ignoret. Considerantes igitur hec omnia nos

ecclesie Compostellane canonici accendimus etiam quod cum per superabundanciam impediatur studium multo magis per inopiam retardatur. deficientibus enim necessariis indigentis animus aliis postpositis meditationibus vagatur per devia et excogitare non cessat. Unde sibi in crastinum et deinceps sustentationem valeat, invenit nos ergo neccesitatem hanc penitus amputare cupientes plium patrum nostrorum et tam laudandum, quam mutandum secuti sumus exemplum quibus cum consensu et auctoritate clementissimi pastoris domini Petri, archiepiscopi secundi, de provisione scolarium ecclesie et collegii nostri huiusmodi constitucionem benigne ac liberaliter emanavit (Incluye constitución de 1169, julio, 30.)

Sed nos quoque quod tam rationabiliter factum est inconcusse confirmando et quod faciendum visum est supplendo misericorditer et ampliando consedente in sollempni capitulo et concedente reverentissimo pastore nostro domino Petro, electo, concorditer et immutabiliter statuimus hac presentis page, firmamus testimonio quod canonici et porcionarii de collegio nostri qui in scolarum gignasio desudaverint illi videlicet tamen modo qui nostri stiterint mansionarii et ad studium cum licencia capituli profacti fuerint, tam denariorum quam ut dictum est de altaris beati Iacobi redditibus provenientes ad stipendia cotidiani victus assignati sunt, quam panis quoque et vini, ac si in ecclesie cotidie presencia iiter deservirent suam se sine diminuione sicut alii fratres percipere gaudeant portionem, servata

semper in omnibus tam pro eis quam contra eos forma et
cautela superius comprehensa ac etiam adiecta condicione
quod si quis forte eorum a domino archiepiscopo vel a
capitulo quocumque tam revocatus absque mera redire
neglexerit huius munificentie liberalitas ei sine dilatione
subtrahatur ut et ille parere discat admonitus et alii
consimilis in obediencie vicium incurrere pertimescant.
tanto autem beneficium hoc libencius est et hylarius
conferendum quanto perennis perceptionem non extollentur
mediocres pauperum corda ad capiendam doctrinam
dilatubuntur, letabitur ac laudabitur mater nostra ecclesia
Compostellana in filiis sapientibus et laudatio eius manebit
in seculum seculi. Quis tamdiu per Dei gratiam est hec
nostra sancio permansura.

Factum est hoc Compostelle, in palacio domini
archiepiscopi, VI^o idus februarii, sub era M^o CC^o XL^o Va.

Ego Petrus quartus, Compostellanus electus. cf.- Ego
Fernandus, Compostellanus decanus, cf.- Ego Iohannes
Cresconii, Compostellanus archidiaconus, cf.- Ego Pelagius
Petri, canonicus, cf.- Ego Iohannes Pelaez, Compostellanus
archidiaconus. cf.- Ego Martinus Iohannis, magister
scollarum, cf.- Ego Guillelmus, cardinalis, cf.- Ego Petrus
Eugeni, diaconus, canonicus, cf.- Ego Petrus Arie,
cardinalis, cf.- Ego Petrus Martiniz, cardinalis, cf.- Ego
Ebraldus Iohannis, canonicus, cf.

Hoc est translatum quod ego Laurencius Petri, notarius
iuratus Compostellanus, im consocio meo Gundisalvo

Iohannis. notario eiusdem. ad hoc vocati fideliter fieri fecimus de verbo ad verbum. nichil addito vel remoto. de quodam libro in quo predicta omnia continebatur. que capitulum Compostellanum per pulsacionem campane celebratum in loco consuetudo vestre moris. asserbant esse constitutionem editam per capitulum Compostellanum. et nos notarii supradicti. ex mandato ipsi capituli. ista omnia extrahi fecimus de verbo ad verbum ut in ipso libro continebatur et suscribimus et confirmamus et signa nostra atque nomina assueta apposuimus in testimonium veritatis. Feria tercia. sexta die decembris. era Ma CCCa /XXXa/ VIIIa. Presentibus: Petro Pelagii Baluga. porcionario Compostellano; Pedro Pelaez. clericu: Alfonso Iohannis. canonici Compostellani; Aria Petri. scolare; Fernando Laurencii. scriptore.

Hoc est translatum quod ego Gundisalvus Iohannis. publicus notarius concilii Compostellani. cum consoncio meo Laurencio Petri. notario supradicto. ad hoc vocati. fideliter fieri fecimus de verbo ad verbum. nichil addito nichilque remoto. de quodam libro in quo omnia predicta continebantur. que capitulum Compostellanum per pulsationem campane celebratum in loco consueto ut est moris. asserbant esse constitutionem editam per capitulum Compostellanum. et nos notarii supradicti. ex mandato dicti capituli. ista omnia extrahi fecimus de verbo ad verbum ut in predicto libro continebatur et suscribimus et signa nostra atque nomina assueta apposuimus in testimonium veritatis/. Feria

III^a. VI^a /die/ december. era Ma CC^a XXX VIII^a. Presentibus:
Petro Pelagii Baluga, porcionario Compostellano; Petro
Pelagii, clerico; Alfonso Johannis, canonici Compostellani;
Aria Petri, scolare et Fernando Laurencii, scriptore.

97

1208, ene., S. Salamanca

Alfonso IX exime de tributación a los vasallos que
la Iglesia de Santiago tiene entre el Esla y
Transerra.

Fols. 52 r.-v. y 54 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 220.

CT. LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 51.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 124.

In Dei nomine. Ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis et
Gallecie, per hoc scriptum notum facio universis quod libero
et excuso vobis archiepiscopo domne Petre, universos homines
vestros quos habetis a flumine Esla usque ad Transerram de
pecto, de fossadaria, p[ro]p[ri]etate de exactione bestiarum ad
calcem vel ad aliud regis opus, et etiam de tota alia

fazendaria. sic quod in tota vita vestra nullam faciant
vestri homines fazendariam nisi vobis, et nulli servire
cogantur nisi vobis et vestro mandato. Hoc autem vobis facio
pro bono et grato servicio quod mihi sepe fecisti. et
facitis et quia quicquid vobis in huiusmodi dimitto vel
relaxo in meum semper et regni mei redundant comodum et
honore.

Si quis igitur contra hoc meum factum venire voluerit et
hanc cartam in aliquo vel cessare vel violare modo aliquo
attemptaverit, iram Dei et maledictionem habeat, et quicquid
invaserit duplet, et pro ausu temerario parti regie et
vestre mille morabetinos in penam persolvat.

Facta karta apud Salamancam, III noctis ianuarii, era M
CCa 3 VIa.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi
rotoro et confirmo.'

(Signo no rodado)

(1a col.) Petro, Astoricensis episcopo.- Ichanne,
Ovetensi episcopo.- Martino, Zamorensi episcopo.- Ruderico,
Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo².- Suerio,
Tudensi episcopo³.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.-
Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(2a col.) Comite Gomez, vasallo regis.- Comite Fernando,
vasallo regis.- Gundisalvo Nunez, vasallo regis.- Ruderico
Gunaialvi, regis signifero.- Ruderico Petri, tenente
Legionem et Asturias.- Nuno Froile, tenente Extrematuram.-
Petrus Petri, domini regis notarius, fecit scribi.

NOTAS

*Falta la roboración en 52 r.-v.

*ID.: falta Pelagio, Minduniensi episcopo.

*ID.: falta Suerio, Tudensi episcopo.

98

1208, febrero. León.

Alfonso IX dá a la catedral de San' ago varias
aranzadas de vifa en Valdelupe, en Toro.

Fols. 24 v.-25 r. y 44v.-45 r.

ED.: Alfonso IX. II, nº 224, y añade otra copia inexistente
en fol. 64 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 51.- GONZALEZ: Alfonso
IX., I, pags. 125 (con folio equivocado), 391 y 563.-
LACARRA: Peregrinaciones, pag. 342.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Inter cetera

Inocencio III sentencia que la Iglesia bracarense no pueda impedir a la compostelana el ejercer los derechos metropolitanos en los obispados de Lisboa y Evora.

Fols. 259 v.-261 v.'

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 198.- HAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 95 (103).²

REG.: POTTAHST: Regesta, I, nº 755.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pág. 12.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 30.- FERREIRA: Fastos, I, pág. 337.- MANSILLA: Disputas, págs. 117 y 122.- CAMPELO: Orígenes, pág. 49.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Petro, Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.³ In causa duorum episcopatum, videlicet Ulixbonensis et Elborensis, que inter te ac venerabilem fratrem nostrum [Martinum], Bracarensem archiepiscopum, vertebatur, cuius examinationem plenariam sola sententia sedi apostolice reservata, felicis recordationis Urbanus papa, predecessor noster, vicedomino Bixiensi et magistro I. Bergamensi commisit in Ispaniam destinatis, te coram ipso vicedomino, altero iam collega

post citationem defuncto, contra dictum archiepiscopum in initio proposuisse cognovimus, quod Bracarensis archiepiscopus, post litteras citationis receptas, post appellationem^a etiam et inhibitionem a te interpositas, ne in predictis episcopatibus aliquid in tuum preiudicium attemptare, electos illius temporis consecravit. Unde te offensum graviter querebaris, ubi a te nichilominus fuit propositum contra ipsum quod ante invasionem barbaricam Ulixbona et Elbora civitates ad Emeritensem metropolim pertinebant; sed ea postea captivata et ipse cum ea captive fuerunt, donec dignitas eius cum omni iure suo in Compostellanam ecclesiam est translata. Dicte quoque civitates christianorum cultui sunt, faciente Domino, restitute; de quibus usque ad tempora iamdicti predecessoris nostri non fuit in dubium revocatum, quin ad Compostellanam ecclesiam pertinerent. Licit rex^a Portugalensis, ad suggestionem Bracarensis ecclesie, ius ecclesie Compostellanne pluries molestarit, pro cuius prohibitione secundus Elborensis electus in tantum distulit consecrari, quod absque consecratione decessit; cuius successor et tercius Ulixbonensis electus, prefato rege vivente, non fuerunt ab aliquo consecrati. Huius autem violentiam successor filius superavit, cogens Bracarensem^a archiepiscopum cogi volentem, ut iamdictos electos, quod pater numquam fecerat, consecraret. Contra quo, ex parte tua, prius fuerat ad sedem apostolicam appellatum, a qua commissionem de qua premisimus impetratas^a, proponens coram

dicto vicedomino Brixiensi te illos duos episcopatus possidere ac possedisse atque ad tuam ipsos ecclesiam pertinere; petens nichilominus, ut Bracarensis archiepsicopus tibi de illatis iniuriis satisfaceret et cohiberetur de cetero, ne in predictis episcopatibus te libere uti iurisdictione^m metropolitica impediret, quos ad ecclesiam tuam indubitate^z spectare per apostolice sedis privilegia, concilia quoque, divisiones et hystorias et publicam famam, sicut in causa quatuor episcopatum feceras, ostendere nitebaris, parte altera respondentem, Bracarensem ecclesiam illos duos episcopatus et possidere tunc et ab eo tempore possedisse, quo per gratiam Dei et virtutem Alfonsi, regis Portugalensis, due civitates predicte de manu paganorum fuerant liberate atque ad cultum fidei christiane per Bracarensis archiepiscopi predicationem reducte, et iure suo sic usum archiepiscopum Bracarensem asserebat tibi aliquatenus iniuriam non fecisse. Ex hiis ergo circa iniuriarum possessionis et proprietatis articulos intentionem tuam asserebas esse fundatam et ad singulos articulos partem alteram respondisse: ad iniurias quidem et possessiones expresse, ad proprietatem vero latente, cum iuxta canonicas sanctiones, quicumque ad suam cathedralm pertinencia loca lucrari negligunt in catholicam unitatem, si post tempus canonicum id moniti non effecerint, ad eum perveniant et^{mo} poterit ea sua predicatione lucrari. Porro Bracarensis archiepsicopus respondebat quod cum in premisso iudicio satisfactio tamen iniuriarum petita fuisset et ut

cohiberetur archiepiscopus Bracarensis, ne impediret te uti iurisdictione¹¹ metropolitica in illis duobus episcopatibus, sicut ex forma libelli conicitur¹² manifeste profecto nec proprietatem nec possessionem ab eo iam petere poteras in presenti iudicio, presertim cum te diceres possessorem; unde proprietatem vel possessionem ab eo petere non valebas, que non nisi a possidentibus repetuntur; adiungens quod, etsi ad proprietatem vel possessionem aliquid pertinens a parte sua coram nobis fuerit allegatum, cum ius suum fuerit protestata, non debebat in eius dispendium redundare; interdictum quoque "uti possidetis"¹³, quod in hoc casu locum videbatur habere, cum utraque partium se possidere diceret, tibi non competere proponebat, cum te sicut dicebat, non probaveris possessorem nec interdicto illo aliis agere valeat quam possessor; in quo ille debet per sententiam obtainere, qui nec vi nec clam nec precario ab altero possidet. Tu vero possessionem ecclesie tue multipliciter ostendere satagebas tam per confessiones adverse partis quam per electorum et episcoporum recognitiones et profesiones et obedientiam eorundem, quam etiam per executiones romanorum pontificum, que singula tam instrumentis quam testibus asserebas esse probata. Interrogatus enim in iure Godinus, Bracharensis archiepiscopus, proximus antecessor istius, si credebat aliquem predecessorum suorum hos episcopatus aliquando possedisse, respondit: "Quidam dicunt sic, quidam non, et ideo nescio, quibus credam;" et addidit postea: "Nec inde

certus sum, nec incertus". Que verba in id eum videbantur inducere, ut nullum predecessorum suorum crederet possedisse. Primus autem post liberationem Ulixbonensis episcopus, Gilbertus, nomine, nechon et Alvarus, successor ipsius, professionem fecerunt in scriptis et etiam manualem Compostellano archiepiscopo et ei sicut metropolitano /suo/ reverentiam et obedientiam impenderunt. Tercius quoque, qui superest dum adhuc esset electus, idem cum tota sua ecclesia recognovit, veniens, ut confirmationem eleccionis et munus consecrationis reciperet ab archiepiscopo memorato, nisi de medio fere itineris per prohibitionem regis sui fuisset ad propria revocatus: sicut per multos testes asserebas esse probatum. Executiones quoque romanorum pontificium¹⁴ (sic) Alexandri, Lucii et Celestini, qui possessionem, quam te habere licet, cum perturbatione credebas, declarare voluerunt demonstrant quod te in plenum iurisdictionis¹⁵ usum inducere curaverunt, facultatem¹⁶ tibi liberam tribuentes suspendendi, excommunicandi¹⁷ et electionem cassandi, precipientes etiam sentencias a te latas inviolabiliter observari, sicut in eorumdem litteris continetur. Pro iurisdictionis¹⁸ autem executione libere obtainenda in Elborensi episcopatu penitus¹⁹ est Bracarensis archiepiscopus in episcopatibus Gallecie tibi per sedem apostolicam assignatis, sicut in litteris bone memorie Alexandri pape contineri dicebas. Ex litteris etiam Ulixbonensis episcopi, quas ostendebas bullatis²⁰, ostendere nitebaris, quod Elborensis episcopus sententiam a te latam

in ipsum inceperebat observare. Bracarensis autem archiepiscopus respondebat professions predictas per testes non²¹ esse probatas²² quandam ipsis testibus de ratione temporis impossibilitate obiciens, asserens etiam quod²³ professions huiusmodi clam, ignorantе Bracharensi archiepiscopo, factas non potuit ecclesia Bracharensis sua possessione privari, cum et quedam earum facte fuisse probentur, cum Ulixbonensis episcopus exulabat; possessionem suam multo plenius et efficacius satagens comprobare, cum omnes episcopi a liberatione civitatum illarum in illis duobus episcopatibus per Bracarensem archiepiscopum fuerint consecrati, qui ei tamquam suo metropolitano reverentiam et obedienciam impenderunt; venientes ad concilia Bracarensia, tamquam proprii suffraganei, et querelas suas coram eodem archiepiscopo proponentes; sicut per multos testes asserebat et tue partis quedam etiam instrumenta sufficienter esse probatum. Litteras autem bone memorie Celestini pape, predecessoris nostri, super eodem negotio pro te contra Bracarensem ecclesiam impetratas, in nullo sibi posse preiudicare dicebat, cum, liceat pendente, fuerint impetratae, quando non licet etiam supplicare. Tu vero preter premissa fortius allegabas, quod cum Godinus, Bracarensis archiepiscopus, et M., canonicus et clericus tuus, olim essent in presentia bone memorie Alexandri pape, predecessoris nostri, pariter constituti, eodem M., clero tuo, firmiter proponente quod Bracharensis archiepiscopus plures de suffraganeis tris ac²⁴ preciue Ulixbonensem et

Elborensem episcopos occupaverat, dictus archiepiscopus, e contra respondens, asseruit, quod prefatos episcopos nullatenus detineret nec ab eis obedientiam vel reverentiam aliquam exigeret nec etiam quomodolibet impediret, quominus tibi et ecclesie tue obediānt et subiectionem inpendant²⁵. Adiecit etiam, quod cum nobilis vir dux Portugalensis civitatem Elborensem cepisset, ne in paganismum rediret. instantia eius predecessor suus ibidem episcopum consecravit, sed tamen ab eo nullam obedienciam vel reverenciam requisivit, immo ut ecclesie Compostellane obediret, mandavit, qui nondum propter paupertatem et quia nimium remotus est, ad tuam accessit ecclesiam. De aliis vero episcopatibus, quos idem M., clericus tuus, dicebat ad tuam ecclesiam pertinere, dixit, quod ad ecclesiam suam spectant et sibi iure metropolitico debent subesse, et super hoc privilegia romanorum pontificum multa produxit. Cumque ab eodem nuntio tuo idem predecessor noster instantius requisisset, si qua ex inde privilegia ecclesia tua haberet, et ipse asseverasset se in omnino nescire, statuit: ut episcopi quos Bracarensis non recognovit ad te pertinere, asserens ad ecclesiam suam ipsos spectare ei et ecclesie sue, quousque hos iudicio diffiniretur, obedienciam et reverenciam impendant et ipse predictos suos episcopos libere tibi et ecclesie tue obedire permittat. Licet autem Bracarensis archiepiscopus contra prescriptas²⁶ litteras allegaret, quod illa concessio sibi prejudicare non poterat, cum in iure facta non fuerit, eo quod prefatus M. non

procurator aut responsalis sed canonicus tantum et clericus, in illis litteris appellatur^{et}, quia tamen sepedictus Bracarensis archiepiscopus illas litteras impetravit et eis pro se usus est in iudicio magnumque de illis commodum acquisivit; et tu, quod per eundem M., canonicum et clericum tuum, super hoc factum fuit, ratum habes et approbas, unde iam ille non potest obicere, quod nullus pro parte tua ibi fuerit procurator nam et quod per falsum procuratorem agitur in iudicio valet utique; si postea per dominum approbetur cum etiam presumendum sit prefactor^{em} romani pontificis, unde conicitur, quod coram Alexandro papa, qui statutum illud emisit, lis fuerit contestata, nos attendentes, quod forma petitionis, quantum^{em} in hoc iudicio proreexistit^{em}, eadem est conforma constitucionis^{et} dictus predecessor noster. Alexander papa, fecisse probatur, cum forma quoque assertionis, quam Bracarensis archiepiscopus coram eodem Alexandro fecisse dinoscitur^{et}, super quo testes in hoc iudicio producti fuerunt et attestations etiam publicate, necnon et super ipsis attestations disputatum. Rationibus et allegationibus utriusque partis diligenter auditis et cognitis, attestations quoque ac instrumentis visis et intellectis, habito fratrum nostrorum consilio, de communi deliberatione decernimus et sentencialiter diffinimus, ut Bracarensis archiepiscopus vel ecclesia Bracarensis nullatenus te vel ecclesiam Compostellanam impedit, quominus in predictis duobus episcopatibus plene ac libere iurisdictionem^{em} metropoliticam valeas exercere. Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc paginam nostre^{**} diffinitionis
infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
se noverit incursum^{***}.

Datum Laterani, VI nonas iulii, pontificatus nostri anno
secundo^{**}.

NOTAS

¹Otra copia en Reg. Vat. 4, fols. 170 v.-171 r.

²Otras ediciones y referencias en HAGENEDER, op. cit.,
ibidem.

³HAGENEDER: falta desde Innocencius, hasta benedictionem.-
MANSILLA: falta lo mismo menos Petro, Compostellano
archiepiscopo.

⁴ID., ID.: appellationem.

⁵MANSILLA: rex Alfonsus.

⁶HAGENEDER: Braccareensem.

⁷ID y MANSILLA: impetraras.

⁸ID., ID.: iurisdictionem.

⁹MANSILLA: indubitanter.

¹⁰ID. y HAGENEDER: qui.

¹¹ID., ID.: iurisdictione.

¹²MANSILLA: coniicitur.

¹³Digesto 43, 17.

¹⁴HAGENEDER: pontificum videlicet.

¹⁵MANSILLA: iurisdictionis.

¹⁶Repetido facultatem y borrado por expuntuación.

¹⁷MANSILLA y HAGENEDER: excommunicandi.

¹⁸MANSILLA: iurisdictionis.

¹⁹Sobre punitus.

²⁰MANSILLA y HAGENEDER: bullatas.

²¹MANSILLA: non testes.

²²ID.: approbatas.

²³HAGENEDER: quod per.

²⁴ID. y MANSILLA: et.

²⁵ID., ID.: impendant.

²⁶ID., ID.: predictas.

²⁷MANSILLA: appellaretur.

²⁸ID. y HAGENEDER: pro facto.

²⁹ID., ID.: tu.

³⁰ID., ID.: prorexisti.

³¹HAGENEDER: constitutionis quam.

³²MANSILLA: dignoscitur.

³³ID.: iurisdictionem.

³⁴ID y HAGENEDER: falta desde omnino hasta noster.

³⁵ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.

³⁶MANSILLA: Dat. Lat., VI non.- HAGENEDER: falta desde

pontificatus hasta secundo.

[1199], julio, 5. Letrán.

Inocencio III aprueba la concordia por la que se adjudican a la metrópoli compostelana los obispados de Lamego e Idanha y a la de Braga, Viseu y Coimbra.

Fols. 236 r.-238 r.¹

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 199.- HAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 97 (105). Ambos segun Reg. Vat. 4, fols. 171 v.-172 v.²

REG.: POTTHAST: Regesta, nº 760.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pag. 12.- HERNANDEZ: Los cartularios de Toledo, nº 642³.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 29-30.- FERREIRA: Fastos episcopais, I, pag. 352.- CAMPELO: Orígenes, pag. 498.- MANSILLA: Disputas, pag. 129.

Inocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Bracharensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem⁴. Cum simus in sede iusticie, disponente Domino, constituti questiones que perferuntur ad sedem

apostolicam terminande subtili. nos opportet examinacione
discutere iustoque iudicio diffinire; quia sicut eius
sentencia non potest ab alio retractare, sic aliis formam
tribuit iudicandi. Sane inter alias controversias, que inter
Compostellanam e^m Bracarensem ecclesias vertebatur^m, super
sentenciam quoque lata per Compostellana metropoli super
episcopatu Zemorensi non levius fuit questio ventilata, pro
qua te ac venerabili fratri nostro Petro, Compostellano
archiepiscopo, in vestra presencia constitutis, quod idem
episcopatus ad tuam ecclesiam pertineret, sentenciam, super
eo latam, pro Compostellana ecclesia petendo, penitus
infirmari ostendere nitebaris. Olim enim a paganis capta
Valencia^m civitate, Valentinus episcopus per terra principem
imperavit, ut ad cuestationem suam ab Astoricensi episcopo
Zamora, que pars erat Astoricensis diocesis, cum quibusdem
aliis locis et terminis sibi daretur, ubi tamquam episcopus,
pontificalia cepit officia exercere, obediendo
archiepiscopo Toletano cuius extiterat suffraganeus et a quo
fuerat consecratus. Videns autem hoc Astoricensis episcopus,
ad quem Zamora cum locis predictis pertinere dicebas, ad
Deus dedit prebiterum cardinalem, tunc apostolice sedis
legatum, accessit, tam de archiepiscopo Tolletano quam de
Hieronimo^m, tunc episcopo Zemorensi, proponens in eius
adiutorio questionem: per suius solitudinem taliter
proponebas fuisse compositum inter partes, quod dictus
episcopus honore Zemorensis ecclesie, dum viceret, uteretur,
nisi de auctoritate apostolice sedis, loco mutato, transiret

ad sedem aliquam que vacaret: quod si contingenteret, Zemorensis ecclesia et Campus Tauri Astoricensi ecclesie modis omnibus redderentur: alioquin, eo defuncto, idem penitus servaretur. Cum autem in eodem loco multitudo populi excrevisset, dictus Toletanus et princeps terre, nepos bone memorie Calixti pape, predecessoris nostri, qui tunc sede apostolicae¹⁰ preminebat, rogaverunt eum, ut sepedictum episcopum in Zemorensem presulem confirmaret; quorum precibus acquievit, dans eidem episcopo in mandatis, ut interim nulli professionem faceret nec ecclesiam sibi commissam permitteret alii subiugari, donec instrueretur ab ipso, quid eum facere oppoteret. Audiens autem hoc archiepiscopus Toletanus ad apostolicam sedem iuxta tuam asercionem accessit¹¹; ubi de obediencia sibi a Zemorensi episcopo impendenda litteras, ut dicebas apostolicas impetravit, qui post obitum primi episcopi et¹² alium ibi episcopum consecravit. Propter quod tunc archiepiscopus Bracharensis a¹³ felicis recordacionis Eugenius papa¹⁴, predecessorem nostrum, accedens multis rationibus argumentis¹⁵ asseveravit Zemorensem ecclesiam ad Bracharensem metropolim pertineret¹⁶. Unde ab eodem citatus fuit archiepiscopus Tolletanus, in cuius presentia utraque parciū constituta¹⁷, earum auditis rationibus et plenius intellectis, de consilio fratrum predictam Zemorensem ecclesiam perpetuo subiectam esse decrevit ecclesie Bracharensi, sicut in autentico sententie continetur, mandans episcopo, clero et populo Zemorensi¹⁸, ut

Bracharensi archiepiscopo eiusque successoribus tamquam metropolitano proprio debitam obedienciam et reverenciam exhiberent; cuius auctoritate sentencie a pie recordacionis eodem Eugenio, Adriano et Alexandro romanis pontificibus confirmate, quod a Bracharensi archiepiscopo apprehensa fuerit possessio corporalis, per deposiciones testium et rescripta quedam, ostendere satagebas. Consequenter vero Compostellanus archiepiscopus, qui a tempore Calixti super tacuerat, ut dicebas, ad eundem Alexandrum accessit, et, veritate tacita, cum instancia nimia commisionem satis insolitam impetravit, ut Zemorensem episcopum ad exhibicionem iusticie de subiectione Zemorensi ecclesie, quam sibi vendicare volebat, pro debito cogeret officii pastoralis. Quanvis enim Bracharensis archiepiscopus tempore patris et predecessoris sui, Eugenii pape, per sentenciam eius contra Tolletanum obtainuerit subiectionem ecclesie Zemorensis quia tamen possessionem non habuit et res inter alios accti¹ aliis non preiudicat, in conscientia sua idem Alexander pape, et² consilio fratrum suorum, invenit quod Compostellanus archiepiscopus convenire posset episcopum Zemorensem et episcopus deberet ei secundum iuris ordinem respondere. Unde Tirasonensis, Abulensis et Portugalensis episcopis mandando precepit, ut episcopum Zemorensem monere curarent et ipsius auctoritate consellere, quod de subiectione sue ecclesie Compostellane archiepiscopo sub earum examine, occasione et contradictione censantibus, non differret iusticie plenitudinem exhibere. Bracharensi quoque

auctoritate apostolica nunciarent. ut. si sue voluntatis existeret. eundem episcopum coram eis ab ipsius Compostellani. si quomodo²³ de iure posset. studeret impeticione tueri. Qui si a Zemorensi non vocatus ad causam duceret appellandum²⁴. propter hoc cognitionem et decisionem ipsius cause inter Compostellanam²⁵ et Zemorensem pretermitti vel differri nollebat. Si vero Portugalensis exequendis²⁶ premissis nollet vel nequiret adesse. alii duo ea nichilominus adimplerent. has siquidem litteras commissorias de suggestione falsitatis. iniquitate fame ac inequalitate mandanti²⁷ tu coram nobis arguere satagebas. Suggesserat enim Compostellanus archiepiscopus quod non habueras possessionem ecclesie Zemorensi: quod falso fuisse per attestaciones ostendere nitebaris. Mandabatur etiam delegatis iudicibus. ut si Bracharensis a Zemorensi non vocatus ad causam duceret appellandum. decisio cause nullatenus tardaretur: quod iniquum admodum prima facie videbatur: cum quorum interest audiri soleant appellantes. Et si Portugalensis. qui erat sufraganeus Bracharensis. cause nollet²⁸ vel non posset adesse. alii duo procedere non different: quod in suffraganeo Compostellane ecclesie non mandabatur aliquatenus observandum. ut scilicet in eius absentia reliqui duo possent aliquid diffinire. Contra processum quoque delegatorum iudicum alegabat²⁹. quod cum tres iudices locum idoneum partibus communiter assignassent. duo ex episcopis. sufraganeis³⁰ scilicet ecclesie Compostellane aliisque tanquam medius delegatus in

absencia tertii, qui erat sufraganeus Bracharensis. mutato
loco communi deliberacione proviso, alium fere inaccesibilem
partibus asignarunt. Qui cum esset sarracenorum faucibus
constitutus et per decem dietas distaret ab ecclesia
Bracharensi, propter regum discordias et alia multa
impedimenta illuc ire non potuit archiepiscopus
Bracharensis, petens per duos de sociis suis cum litteris
excusacionis ad eosdem iudices destinatos, ut, loco mutato,
alium asignarent partibus competentem. Quod cum facere
noluissent, idem nuncii sedem apostolicam appellauint, sicut
etiam per suas litteras idem archiepiscopus appellabat. Sed
ipsi iudices, appellacione contempta, in causa nichilominus
processerit. Zemorensem ecclesiam per iniuriam et
colodium, ut dicebas. Compostellano archiepiscopo
assignantes. Quorum sentenciam asserebas multipliciter
irritandam, propter manifestam suspicionem duorum iudicium,
qui sine tercio pro loco idoneo inaccessibilem eligerunt,
nec receperunt excusaciones et appellacionem ecclesie
Bracharensis, tam arduum negocium in momento temporis
decidentes, cum etiam in causis minimis dilaciones varie
postullantibus non negentur. Unde propter hec et similia,
tam coram dicto^{ro} vicedomino prius proposita quam postmodum
coram nobis, petebas premissam sentenciam infirmari, et
consequenter quicquid ex ea vel ab eam fuit postea
subsecutum. Ceterum, prefatus Compostellanus archiepiscopus
pro ecclesia sua factum aliter proponebat; Zamoram ab
antiquo partem episcopatus Salamantinus asserens extitisse,

cumque Salmantina civitas post paganorum persecucionem restituta³³ fuisse cultui christiano, diocesis illa, sicut tunc pertinet ad episcopatum Zamorensim, fuit Salmantino episcopo totaliter restituta: cuius subiectione, mediantibus Ieronimo, Geraido et Munione, Salmantinis episcopis, Compostellana ecclesia facta metropolis noscitur habuisse. Quod, sicut ipse dicebat, multa documenta, fama publica et recens memoria hominum protestantur. Processu vero temporis in tantum excrevit in loco eodem hominum multitudo, quod per studium regis proprius fuit ibi episcopus institutus et ad instantiam regiam per Toletanum tunc legatum³⁴ tocius Hispanie³⁵ consecratus; qui mandatum a Calixto papa recepit, sicut est superius prelibatum, quod nulli professionem faceret, donec super hoc sibi denue scriberetur, in quo tamen, tum pro debito consecrationis impensse, tum propter legacionis officium, Tolletanus cepit sibi speciale aliquid usurpare, qui successorem primi episcopi similiter consecravit. Accidit autem quod tempore illo, prout Compostellanus dicebat, in causa primacie condemnatus Bracharensi archiepiscopo toletano, compulsus fuit ab Eugenio papa debitam illi obedienciam recognoscere. Propter quod ei amicabiliter sociatus, sperare cepit, quod episcopatum Zamorensim per ipsam posset evincere, ad cuius metropolim non expectabat³⁶. Unde in eiusdem pape presencia propter causam Zamorensis episcopatus dictis archiepiscopis constitutis, nichil fuit contra Bracharensem a Tolletano responsum, quod ipsius propositum impediret, sicut ex tenore

sentencie declaratur. In his^{is} omnibus autem defuerat Zamorensis qui de mandato apostolice sedis secundum asercionem Compostellani archiepiscopi pro libero se gerebat. Unde in ipsius preiudicium, sicut neque adversus Compostellanam ecclesiam indefensam tunc temporis et absentem, nulla sentencia vel rescriptum impetrari poterat cum effectu; ex qua tamen sentencia non fuit possesio acquisita. Cum /que/ postea Bracharensis resiliret ab obediencia Tolletanus, et ipse suspensus fuit et ab eius obediencia omnes sufraganei absoluti. Unde per factum vel mandatum ipsius possesio spiritualis et que ad sacramenta spectabat, secundum asercionem Compostellani archiepiscopi, non potuit obtineri^e sed^r, successor ipsius contra Zemorensem episcopum execucionem sentencie sepius postularet, responsum accepit, quod, nisi prius acquiescerit sentencie de primaria^m, hoc nullatenus impetraret. Unde usque ad tempora bone memorie Alexander pape remansit negocium in suspenso, in cuius presenciam presens Compostellanus presentem Zamoram^m compelli petiit, ut dicebat, sibi de subiectione Zemorensis ecclesie respondere. Verum, quia idem Alexander sentencie late ab Eugenio papa presencialiter interfuerat nec contra factum ipsius venire nolebat ^{4o}, rationibus tamen inductus, de fratum consilio plena tandem deliberacione statuit, prout idem Compostellanus dicebat, ut quia res inter alios acta aliis non preiudicat, non obstante priori sentencia, Zemorensis teneretur de subiectione sua Compostellano archiepiscopo

respondere. Sic ergo sub certa forma, que superius est expressa, fuit comisio impetrato; cumque per litteras ipsius Alexandri non fuisset in causa procesum, successor eius Lucius commissionem innovavit eandem, cuius tenore iudices denunciaverunt viva voce archiepiscopo Bracharensi, et duo ex ipsis, Tirasionensis scilicet et Salamantinus, diem et locum eidem per litteras intimarunt, tercio rescribente duobus quod non poterat interesse, quemadmodum Compostellanus archiepiscopus refferebat. Corvenientibus autem tam duabus predictis iudicibus quam partibus ad diem et locum, neque Bracharensis comparuit, nec^{et} eius aliquis responsalis. Et cum Zamorensis iudicibus respondisset, quod ipsum ad deffensionem vocare sui nunquam voluerat nec volebat, ipsi iuxta formam comissionis procedentis in causa, sicut Compostellanus archiepiscopus proponebat, inspectis rationibus partium et plerius intellectis, quod ecclesiam Zamorensem^{et} de cetero Compostellane tamquam sue metropoli esset subiecta, sentencialiter decreverunt. Cum autem ab Urbane, Lucii successore late sentencie confirmacio peteretur, propter contradictionem Bracharensi archiepiscopi non potuit obtineri; non quod super ipso episcopatu possessionem vel proprietatem eius petendo Compostellanam ecclesiam conveniret, sed super sola sentencia confirmanda, vel infirmando^{et}; ea si quid existeret infirmandum, litteras ad Brixensem vicedominum, quem pro hac causa et aliis, que inter Compostellana et Bracharensis ecclesias vertebantur, destinaverat in Hyspaniam, impetravit. Ipse vero in^{et} alia